tio quidem copioſae hujus antidoti tibi et a multis, artificialis vero uſus a nobis noſtri in te ſtudii, benevolentiaeque monumentum erit. Quo namque modo qui fiſtulam, lyram et caetera muſica inſtrumenta compararunt, nec his uti queunt, hi plus non habent, eodem modo et in antidotis *ſe res habet*, ut et in caeteris medicis medicamentis, nihil juvat eorum comparatio, ſi intempeſtivus ſit uſus. Si namque, ut apud plerosque fama praevaleſcit, adverſus ſolos virulentorum ſerpentum morſus et deleteriorum medicamentorum pocula vim habeat antidotus, oportebat ſeu pretioſum aliquod domi repoſitum circumſpicere medicamentum tempore, uſu non poſtulante, evanescere. Quum vero ad haec et proſperam ſenectutem et vitae diuturnitatem et ſenſuum integritatem et ſanitatis perpetuitatem polliceatur, neque ſolum praeſentium morborum ſolutionem, verum etiam imminentium futurorumque fore obſtaculum; par, arbitror, et in ſanitate eum hujus uſum haud negligere, qui pluris aeſtimat per initia in morbos

Ed. Chart. XIII. [961.] Ed. Baſ. II. (470.)

ἀρχὴν μὴ παθεῖν προτιμῶντα. πολλοὶ γοῦν τῶν ἐν Ῥώμῃ μεγάλα δυναμένων κατὰ νουμηνίαν τοῦ φαρμάκου προσφέρονται. οἱ δὲ ἀπολεξάμενοι τὴν τετάρτην τῆς σελήνης ἐπὶ τρεῖς κατὰ τὰς ἑξῆς ἡμέρας προευπεπτηκότες καὶ τῆς κοιλίας ἠρέμα προεπιμεληθέντες, περὶ τὴν τρίτην ὥραν προσφέρονται τοῦ Ἑλληνικοῦ κυάμου μέγεθος, σὺν μέλιτος κοχλιαρίῳ ἑνὶ καὶ ὕδατος θερμοῦ κυάθοις δυσὶν, οὐχ ἵνα τι διοχλοῦν νόσημα ἀποστρέψωνται, ἀλλ' ἵνα παντὸς νοσήματος ἀπερίπτωτοι μένωσι καὶ τῆς προθέσεως οὐκ ἀποτυγχάνωσι. χρηστὸν γὰρ αὐτοῖς ἀποφαίνει τὸ αἷμα, οὐ τὴν φερομένην ἐν αὐτῷ φαυλότητα ἀποκρίνουσα, ἀλλ' ἐξοικειοῦσα τὴν ἀτοπίαν καὶ κρατοῦσα τῆς παρὰ φύσιν ποιότητος. κατὰ δὲ τὰς ἀποδημίας, ὅταν ὑπονοήσωσι χώρας τινὰς νοσώδεις, ἢ μοχθηρίας ὑδάτων, τὸν αὐτὸν τρόπον προσφερόμενοι ἐξασφαλίζονται τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, ὥσπερ ὅπλῳ τινὶ σωτηρίῳ τῷ φαρμάκῳ χρώμενοι, καὶ διαμένουσιν ἀπήμονες. τῶν δ' ἐμῶν διδασκάλων ὁ πρεσβύτατος ἀνὴρ, εἰ καί τις

non incidere quam vexantium morborum propulſationem moliri. Proinde multi Romae ſummates primo lunae die hoc medicamentum aſſumunt, quidam quartum lunae diem eligunt, quum prius tribus ſubſequentibus diebus *interjectis* coctioni incubuerint ac ante alvi leviter *ſolvendae* curam dederint, circiter horam tertiam id capiunt Graecae fabae magnitudine, cum mellis cochleari uno et aquae calidae cyathis duobus, non quo morbum aliquem inſeſtantem avertant, ſed ut a quocunque morbo immunes tutique permaneant et a propoſiti ſpe non decidant. Bonum enim ipſis theriaca conciliat ſanguinem, non quod eam quae in eo fertur pravitatem excernat, ſed ejus contumaciam qualitate praeter naturam domita in familiaritatem adducat. Caeterum in profectionibus quum ſuſpicantur regiones *quas adeunt* aliquas inſalubres et aquas eſſe pravas, ea ratione theriacam conferunt, eoque medicamento utentes corporis habitum tanquam armatura quadam ſalutari muniunt ao illaeſi permanent. At meo-

Ed. Chart. XIII. [961.] Ed. Baf. II. (470.)

ἄλλος ἐμπειρίᾳ τέχνης καὶ ἐπιεικείᾳ γνώμης διαφέρων, Αἰλιανὸς Μέκκιος, ἔφη ποτὲ τὴν Ἰταλιῶτιν χώραν ὑπὸ λοιμοῦ πιεσθεῖσαν, ὀξεῖς θανάτους καὶ φθορὰν ἀνθρώπων πολλὴν παθεῖν, ἐν δέει δὲ πάντων ὁμοίως, καὶ τῶν ἰατρῶν καὶ ἡγουμένων ἀνδρῶν ὑπαρχόντων, εἰσηγήσασθαι μόνῃ χρῆσθαι τῇ θηριακῇ, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπρακτούντων βοηθημάτων, καὶ τῶν μὲν ἤδη νοσούντων λαβόντων τινὰς ἀνασῴζεσθαι, τινὰς δὲ καὶ διαφθαρῆναι. τοὺς δὲ πρὸ τοῦ νοσῆσαι προσενεγκαμένους πάντας οὐ μόνον τὸν κίνδυνον, ἀλλὰ καὶ τὴν πεῖραν τοῦ πάθους διαφυγεῖν, καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· εἰ γὰρ καὶ θανασίμων φαρμάκων πινομένη δύναται κρατεῖν, νικήσει καὶ φθορὰν ἀέρος ἀδικοῦσαν τὸν ἄνθρωπον, ὅπερ δὴ καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἰατρῶν καὶ τοὺς ἰδιώτας ἅπαντας κοινῇ διαλανθάνειν μὴ θαυμάσαις. ὁποῖ γάρ εἰσι καὶ χυλοὶ καὶ φλοιοὶ καὶ ῥίζαι καὶ ἄνθη καὶ σπέρματα καὶ σαρκία ἐξ ὧν συνέστηκεν. ὥσπερ οὖν καθ' ἓν τούτων ἕκαστον ἱκανὸς ὁ χρόνος ἐξίτηλον ἀποφῆναι, οὕτω καὶ τὴν

rum praeceptorum vetuſtiſſimus, artis ſi quis alius experientia et animi acquitate praeſtans, Aelianus Meccius, aſſirmavit aliquando Italam regionem a peſte divexatam acutas mortes et jacturam hominum multam ſubiiſſe, in aequali vero omnium metu, tum medicorum tum optimatum virorum et principum, ſe auctorem fuiſſe ut ſola theriaca uterentur, caeteris omnibus auxiliis nihil quicquam proficientibus; ac tum aegrotantium qui eam aſſumpſerant quosdam convaluiſſe, nonnullos quoque interiiſſe, qui vero hanc priusquam aegrotarent aſſumpſiſſent, eos omnes non ſolum vitae periculum effugiſſe, verum etiam minime morbum expertos fuiſſe. Nam ſi et letale venenum epota theriaca poſſit evincere, evincet quoque contagioſam aëris corruptionem, quae tantam homini vim infert. Quod certe et plerosque medicos et privatos omnes vulgo latere ne mireris. Succi namque ſunt et liquores et cortices et radices et flores et ſemina et carnes ex quibus conficitur. Quemadmodum igitur unum

Ed. Chart. XIII. [961. 962.] Ed. Baſ. II. (470.)

ὅλην τοῦ φαρμάκου σύνθεσιν, τοῦτό τε ὑφορώμενοι τῶν ὑλικῶν ἰατρῶν οἱ χαριέστατοι πωλοῦσιν ἢ δωροῦνταί τισι τὴν ἄγαν παλαιουμένην. αὐτοὶ δὲ τῆς χρείας καλούσης ἐνεργεστάτῳ καὶ ὡραιοτάτῳ χρῶνται τῷ φαρμάκῳ, οὐ γὰρ ἔξεστιν ἑαυτοῖς βοηθοῦσιν ἀποτυγχάνειν. ὁριῶ δέ σοι καὶ τὰς ἄλλας προδεσμίας τῶν χρόνων καὶ τὰς διαφορὰς τῶν νοσημάτων, πρὸς ἅστινας καὶ ὁπότε χρώμενος αὐτῇ τις οὐκ ἀποτεύξεται. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἐχεοδήκτων καὶ ὀφιοδήκτων καὶ ἀσπιδοδήκτων καὶ λυσσοδήκτων καὶ καθόλου τῶν ὑπό τινος τῶν ἰοβόλων δηχθέντων, ἢ νυγέντων, ἢ ψυγέντων, ἱκανῶς ἄγαν ἡ πρόσφατος δύναται βοηθεῖν· ἔστι δὲ πρόσφα- [962] τος μέχρις ἐτῶν λστ' καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα πάντα. μετὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον κατάλληλος ἅπασι τοῖς ἄλλοις πάθεσι, περὶ ὧν ὑπόμνημα γράψομεν, πολλῶν πλειόνων ὄντων ἄλλων εἰς ἀριθμὸν τῶν προειρημένων. δοκίμιον οὖν τοῦτο ἐνεργοῦς καὶ ἀπράκτου φαρμάκου· φάρμακον ὑπήλατον, ἢ ἐμετήριον, ἢ ἑλλέβορον, ἢ σκαμμωνίαν, ἢ ἄλλο ὅ τι βούληταί τις ἀν-

horum quodque evanidum efficere tempus poteſt, ſic et totam medicamenti compoſitionem: idque deprehendentes materiales medici praeſtantiſſimi hanc admodum inveteratam quibusdam vendunt, aut dono largiuntur. Hi autem, uſu poſtulante, efficaciſſimo et pulcherrimo utuntur medicamento, non enim his opem ferentibus aberrare licet. Sed tibi definiam tum alias temporum praeſcriptiones, tum morborum differentias, in quibus et quum aliquis ipſa uti voluerit, non fruſtrabitur. Nam viperarum, ſerpentum, aſpidum et rabidorum canum morſibus, ac univerſe ab aliquo venenoſo animali commorſis aut punctis, aut vehementer admodum refrigeratis, recens poteſt auxiliari, eſt autem recens ad annum usque xxxvj, etiam adverſus letalia univerſa. At poſt id tempus idonea eſt caeteris omnibus affectibus, de quibus commentarium ſcribemus, quum multi ac praedictis numero plures exiſtant. Haec ſit itaque efficacis ac inutilis medicamenti probatio. Medicamentum alvum ſubducens, aut

Ed. Chart. XIII. [962.] Ed. Baſ. II. (470.)

ὁρικώτατον, ὡς μέλλον καθαίρειν, ἐπιδώσει, προσεπιδοὺς τῆς ἀντιδότου, κυάμου Ἑλληνικοῦ τὸ μέγεθος, καὶ οὐ καθαρθήσεται, οὐδ' ἔν τινι συναισθήσει καθάρσεως ὁ λαβὼν ἔσται. γενόμενος δὲ ἐξελέγχει τῆς ἀντιδότου τὴν διὰ χρόνου ἀπραξίαν· δίδοται δὲ πρὸς τὰς τῶν θανασίμων φαρμάκων πόσεις καὶ πρὸς τὰς τῶν ἰοβόλων πληγὰς μετ' οἴνου κυάθους γ'. τοῦ φαρμάκου καρύου Ποντικοῦ τὸ μέγεθος, καὶ ἐπιδιδομένη καὶ προσλαμβανομένη, εἰ δι' ὑφοράσεώς τις ἔχει φαρμακείας· ὁμοίως καὶ πρὸς τοὺς ὑπό τινος αἰτίας ἀδήλου κινδυνεύοντας, τῆς ἐν τῷ σώματι διαφθορᾶς μιμησαμένης θανασίμου φαρμάκου ποιότητα. βοηθεῖ καὶ ταῖς προσφάτοις καὶ χρονίαις βηξὶ, καὶ ἐφ' ὧν ἄλγημά τι τοῦ θώρακος, ἢ πλευρᾶς, ἀπυρέτοις μετ' οἰνομέλιτος, πυρέσσουσι δὲ μεθ' ὑδρομέλιτος εἰς νύκτα, κυάμου τὸ μέγεθος Αἰγυπτίου. ὁμοίως καὶ πρὸς τοὺς ἐμπνευματουμένους στομάχους ἢ στροφουμένους, ἔντερον ἢ κῶλον ὀδυνωμένους, ἐπὶ τούτων ἢ πόσις γενέσθω δι' ὕδατος, τὸ δ' αὐτὸ φάρ-

vomitum concitans, vel elleborum, vel ſcammonium, vel aliud quod quiſpiam voluerit validius, ſeu purgaturum porriget, moxque antidotum ſabae Graecae magnitudine exhibeat; qui aſſumpſerit, is neque purgabitur, neque ullum purgationis ſenſum percipiet. Secus contingens convincit antidoti vires tempore concidiſſe. Datur autem medicamentum ad letalium venenorum pocula et ad virus ejaculantium animalium ictus, ex vini cyathis tribus nucis Ponticae magnitudine, idque poſt exhibetur, etiam ante aſſumitur, ſi quis veneni ſuſpicionem habeat. Eodem pacto his praeſcribitur, qui ab aliqua cauſa abdita, ut corporis corruptela periclitantur, letalis veneni qualitatem imitante. Auxiliatur quoque tum recenti tum diuturnae tuſſi et hinc ſuccedenti thoracis, aut pleurae dolori non febricitantibus ex mulſo et febricitantibus ex mulſa aqua, noctu ſabae Aegyptiae magnitudine, exhibeatur. Similiter prodeſt ſtomachi inflationibus et ventris torminibus, inteſtinum vel colum dolore cruciantibus, in his potus fiat ex aqua; id vero medicamentum detur ſa-

Ed. Chart. XIII. [962.] Ed. Baf. II. (470.)

μακον διδόσθω κυάμου τὸ μέγεθος ἕωθεν. δύναται καὶ ὄρεξιν ἐπιτεταμένην ἀναστεῖλαι, καὶ ὑπτιωμένην ἀναγεῖραι, τὸ οἰκεῖον ἑκάστῳ τῶν τῆς φύσεως ἔργων μέτρον ἀποκαθιστᾶσα. ἡ δὲ πόσις καὶ ἐπὶ τούτων ἰσομεγέθης τῇ προειρημένῃ δι' ὕδατος, ἢ κράματος, μήτε πλείων κυάθων γ'. μήτε ἐλάσσων δύο· ἀγαθὴ καὶ παντὸς τύπου ῥῖγος ἀπαλλάξαι, καὶ περίψυξιν, καὶ χολημεσίαν τὴν ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς ἔσθ' ὅτε συνεδρεύουσαν τῶν παροξυσμῶν, κατὰ ταὐτὰ τοῖς προειρημένοις διδομένη εἰ δέ τις αὐτῇ πρὸ τῶν ἐπισημασιῶν τρὶς ἢ τὸ πλέον τετράκις χρήσεται, περιγράφει τέλεον τοὺς πυρετούς, μετὰ τοῦ καὶ τὴν δίαιταν τῇ ὠφελείᾳ τῇ ἀπὸ τοῦ φαρμάκου μὴ ἀντιπράσσειν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστιν ἰσχυρὸν ἐν ἰατρικῇ βοήθημα, ὃ τὴν ἐξ αὐτοῦ γινομένην ὄνησιν δύναται ἐπαγαγεῖν, ἢ ἀντιπρασσόμενον ὑπὸ τῶν κατὰ δίαιταν, ἢ μὴ συνεργούμενον. πεπίστευται δὲ καὶ ταῖς γυναιξὶ τὰς ἐπιμηνίους καθάρσεις κινεῖν, καὶ τὰ νεκρὰ τῶν ἐμβρύων ἐκβάλλειν, ἃ δι' ἀσθένειαν οὐ δύναται ἡ φύσις ἀποτρίψασθαι πολλάκις θέλουσα. δίδοται δὲ ἐπὶ τού-

bae magnitudine ſtatim ab aurora. Poteſt et intenſam orexin, i. e. *cibi appetentiam*, coërcere, projectamque excitare, proprium ſingulis naturae functionibus modum inſtaurans. Potio autem adhaec praedictae aequalis magnitudine, ex aqua aut diluto vino, neque amplius tribus neque minus duobus cyathis. Data quoque vim habet propellendi rigorem, partium extremarum frigus, biliosamque vomitionem in febrilibus acceſſionibus paroxysmis aſſidentem. Si quis vero ipſa ante febrium ſignificationes ter aut quater utatur, febres penitus obliterat, modo ſervata victus ratio medicamenti utilitati non repugnet. Nullum enim eſt tam potens in medicina remedium quod manantem ex eo utilitatem inducere queat, ſi victus ratio ei repugnet, aut niſi mutuas det operas. Creditur etiam mulieribus menſtruales purgationes ciere et mortuos foetus ejicere, quos ob imbecillitatem non poteſt natura, licet ſaepe foras protrudere tentaverit. Datur autem his

Ed. Chart. XIII. [962.] Ed. Baſ. II. (471.)

των διὰ γλυκέος, ἢ μελικράτου προεφθημένου, (471) δικτάμνου, ἢ πηγάνου, κυάμου Αἰγυπτίου τὸ μέγεθος, ὅ τινες ἐπιχωρίως κίθη καὶ κιβώριον καλοῦσι. χρήσιμος δὲ καὶ ὑδρωπικοῖς καὶ ἰκτερικοῖς μετὰ ἀσάρου ἀφεψήματος. ἐπὶ μὲν τῶν ὑδρωπικῶν οἱ μὲν αὐτὸ καταπίνειν διδόασι τὸ φάρμακον πρὸ τῶν σιτίων, οἱ δὲ καὶ ἀνιέντες ὀξυκράτου κυάθῳ ἑνὶ, τότε γὰρ δίψους ἄκος μέγα γίνεται, καὶ τὴν ὅλην ἕξιν εὐτονωτέραν ἀποδείκνυσι, καὶ τὴν πλεονεξίαν τῶν ὑγρῶν μετὰ τοῦ μειοῦν καὶ ξηροτέραν ἀποφαίνει τῇ φύσει. ποιεῖ καὶ πρὸς τὰς τῆς φωνῆς ἀποκοπὰς, καὶ κατ' ἰδίαν πινομένη καὶ ἐν τῷ στόματι κατεχομένη, μιγνυμένης τραγακάνθου διπλῆς τῷ ποτῷ, μετ' οἰνομέλιτος, ἢ γλυκέος. τοὺς δὲ ὑπὸ τῆς γλώττης κατέχοντας, ἀποτήκειν δεῖ τὸ φάρμακον κατ' ὀλίγον, ὅνπερ εἰώθαμεν χρῆσθαι τρόπον κἀν ταῖς καλουμέναις ἀρτηριακαῖς. ἁρμόζει καὶ τοῖς αἱμοπτοϊκοῖς, ἐάν τε ἀπὸ θώρακος ἐάν τε ἀπὸ πνεύμονος ἡ ἀναγωγὴ γίγνεται, προσφάτου μὲν οὔσης τῆς ἀναφορᾶς, μετ' ὀξυκράτου διδομένη, κεχρονισμένης δὲ, μεθ' ὕδατος κυά-

ex paſſo, aut mulſa, in quibus ferbuerit dictamnum, aut ruta, fabae Aegyptiae magnitudine, quidam patrio vocabulo cithe et ciborium vocitant. Utilis eſt hydropicis et ictericis ex aſari decocto. Hydropicis quidam id ſolum medicamentum deglutiendum ante cibum exhibent; nonnulli oxycrati cyatho uno diluunt; tunc enim ſitis magnum ſit remedium, totum corporis habitum robuſtiorem efficit, humorum redundantiam minuit et naturae ſtatum ſiccio-rem reddit. Facit et ad vocis interceptionem cum ſeorſum pota tum in ore retenta; admixto tragacanthi duplo potui ex paſſo, vel mulſa datur; ſub lingua vero retinentibus medicamentum paulatim eliquandum, quomodo etiam in arteriacis vocatis uti conſuevimus. Convenit quoque haemoptoicis ſanguinem expuentibus ſive a thorace, ſive a pulmonibus ſanguinis fiat eductio; quum recens eſt ſanguinis rejectio, ex oxycrato exhibetur, quum vero inveterata, ex aquae cyathis tribus. Multo tamen

Ed. Chart. XIII. [962. 963.] Ed. Baſ. II. (471.)

θων γ'. πολλῷ δ' ἄμεινον, εἰ προαφεψήσεις τὶ τῷ ὕδατι, τοῦ καλουμένου συμφύτου τῆς πόας. ἡ δὲ πόσις εἰς νύκτα καὶ πρωΐ κυάμου [963] Αἰγυπτίου τὸ μέγεθος. ἐπὶ δὲ τῆς Ῥώμης οἶδα τοὺς καθηγησαμένους ἡμῶν ἐπὶ τῶν τοιούτων χρωμένους καὶ τῇ διὰ φελλῶν δυνάμει, ἧς τὴν πλοκὴν ἂν οὕτω δέῃ εὐκαιροτέραν σοι παραθήσομαι, καὶ ἐν κύκλῳ δὲ καὶ ἔμπροσθεν, καὶ ὄπισθεν περιθάλποντας δαψιλεῖ τῷ φαρμάκῳ τὸν θώρακα, καὶ τὰ πολλὰ ἐκράτουν τὸ πάθος διὰ τῆς τοιαύτης ἀγωγῆς. ἁρμόζει δὲ καὶ τοῖς νεφριτικοῖς καὶ δυσεντερικοῖς καὶ τοῖς λιθιῶσι καὶ δυσπνοϊκοῖς καὶ τοῖς περὶ τὸ ἧπαρ καὶ σπλῆνα καὶ σκιῤῥώδη τινὰ πεῖσιν, ἢ ἄλλως κεχρονισμένην ἔχουσι, δι' ὀξυμέλιτος διδομένη ἐπὶ τῶν σκιῤῥωδῶν· ὀξύμελι δὲ ἀπὸ τῶν μελικηρίδων ληπτέον, τοῦτο γὰρ εὔθετον, καὶ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ διαίτης λέγει· ὁποῦ δὲ δι' ὄξους σκιλλητικοῦ κυάθου ἑνὸς ἥμισυ, ἐπὶ τῶν δυσπνοϊκῶν· ἐπὶ δὲ τῶν λιθιώντων μετὰ ἀφεψήματος σελίνου, ἢ πετροσελίνου· ἐπὶ δὲ τῶν νεφριτικῶν μετὰ οἰνομέλιτος· ἐπὶ δὲ τῶν δυσεντερικῶν μετὰ Συριακοῦ

praeſtantius remedium fiet, ſi aliquam ſymphyti herbae appellatae portionem praecoxeris; ſed potio vesperi et in aurora fabae Aegyptiae magnitudine. Romae novi meos praeceptores in talibus affectibus confecto ex ſubere medicamento uti conſueviſſe, cujus texturam, ſi ita oporteat, opportuniori tempore tibi apponemus, eoque copioſo medicamento thoracem et in circuitu et ante et poſt circumfoventes, ut plurimum hac arte morbum ſuperaſſe. Convenit vero nephriticis et dyſentericis et calculo laborantibus et aegre ſpirantibus, ſcirrhoſis hepatis et lienis affectibus, aut alias inveteratum morbum habentibus, quod ex aceto mulſo in ſcirrhoſis affectibus datur; acetum autem mulſum ex favis ſumendum; id enim idoneum eſt, quod et Hippocrates in libro de diaeta acutorum profert; aegre vero ſpirantibus ex aceti ſcillitici cyatho uno et dimidio; calculo laborantibus cum petroſelini, aut apii decocto; nephriticis ex mulſo; dyſentericis ex rhu Syriaci decocto; comitialibus, ſi per habitum ſanguinis ſit

Ed. Chart. XIII. [964.] Ed. Baſ. II. (471.)

ῥοὸς ἀφεψήματος. ἐπὶ δὲ τῶν ἐπιληπτικῶν, ὀλιγαιμίας μὲν περὶ τὴν ἕξιν οὔσης, μελικράτῳ, πολυαιμίας δὲ καὶ πάχους, ἐν ὀξυμέλιτι· τινὲς δὲ τῶν δοκίμων ἰατρῶν ἐπὶ τούτων νᾶπυ διδόασι προαναγαργαρίζεσθαι, ἔπειθ' οὕτως τοῦ φαρμάκου προσφέρουσιν εἰς νύκτα μεθ' ὕδατος, ὅσον Ἑλληνικοῦ κυάμου τὸ μέγεθος. καθόλου δι' εἰπεῖν, ὅπου τὰ ἄλλα πάντα βοηθήματα μηδὲν ἰσχύσει, ἀλλ' ἡττᾶται πρὸς τῶν νοσημάτων, ἐπὶ τούτων ἡ ἀντίδοτος πινομένη παραδόξως κατορθοῖ. ἤδη γοῦν καὶ ἐπὶ τῶν χολερικῶν ἀπαυδώντων καὶ ἐπὶ καρδιακῶν ἐν ἐσχάτοις ὄντων ἐπιδοθεῖσα παλιγγενεσίαν ὥσπερ τοῖς λαβοῦσιν ἐπεδωρήσατο. ἀλλ' οὔτε δυνατὸν οὔτε ἁρμόζον περὶ πάντων γράφειν. ἀπὸ γὰρ τῶν γεγραμμένων τὶς ὁρμώμενος, δυνήσεται τοὺς λογισμοὺς μετατιθεὶς καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἐπιτυχῶς αὐτῇ χρῆσθαι. τοὺς δὲ ἐπὶ πλέον ἤδη σπουδάζοντας ἐπαινεῖν τὸ φάρμακον παραμεμπτέον, οὐχ ὡς ἰατρικὴν, ὀχλαγωγικὴν δὲ μᾶλλον ὑπόσχεσιν αὐτῷ προσάπτοντας, οἳ καὶ πρὸς ὠταλγίαν αὐτό φασι ποιεῖν καὶ δυσηκοΐας καὶ ἀμβλυωπίας καὶ κιονίδας καὶ τὰς καλουμένας

inopia; ex aqua mulſa, ſi vero copia ſanguinis et corpulentia, ex aceto mulſo; his prius quidem illuſtres medici ex ſinapi gargarismos praeſcribunt, deinde ſub noctem tantum medicamenti ex aqua exhibent, quantum Graecae fabae complectitur magnitudo. Atque ut in univerſum dicam, ubi caetera omnia nihil valuerint, imo vi morborum ſuperata fuerint, his antidotus propinata praeter vulgi opinionem ſummas promit vires. Quamobrem cholericis deficientibus et cardiacis in extremis degentibus exhibita, tanquam novum vitae ortum nactis reſtituit. Sed de omnibus ſcribere neque poſſibile neque idoneum eſt. Quicunque enim ab iis quae *a nobis* ſcripta ſunt concitatur, deducta ratione et in reliquis affectibus ipſa proſpero ſucceſſu uti poterit. Jam vero qui magis id medicamentum laudare ſtudent, improbandi ſunt, quod ipſi non medicas, ſed potius circulatorias pollicitationes attribuunt; quique ad aurium dolorem, audiendi difficultatem, amblyopias, *oculorum hebetudines,* cionidas et voca-

Ed. Chart. XIII. [964.] Ed. Baſ. II. (471.)

ἄφθας. ὁ γὰρ τοιοῦτος ἔπαινος διαβολὴν ἔοικε φέρειν μᾶλλον τῷ φαρμάκῳ ἢ σύστασιν. εἰ γάρ ἐστι δι' εὐτελοῦς ὕλης ἄμεινον ἰᾶσθαι τὰ τοιαῦτα τῶν παθῶν, ἄπρακτον τὸ μετὰ πολυτελείας ἔλαττον περιγιγνόμενον τοῦ τέλους. ὑπὲρ δὲ τῆς σκευασίας εἰπεῖν τι ἀναγκαῖον, ἐπεὶ καὶ αὐτὴ δεῖταί τινος ἐντρεχείας. ὁ μὲν γὰρ Μενεκράτης οὐδὲν ὑπὲρ αὐτῆς διέσταλκε. ἐπεὶ δὲ λαμβάνειν ἡδυχροΐου τὸ φάρμακον, καὶ ἑτέρων ἀρτίσκων, σκιλλητικῶν καὶ θηριακῶν, πρότερον περὶ τῆς σκευασίας τούτων λεκτέον. Ἡδυχροΐου σκευασία. ℔ Ἀσπαλάθου ῥίζης φλοιοῦ, καλάμου ἀρωματικοῦ, κόστου, ἀσάρου, ξυλοβαλσάμου, φοῦ, ἀμαράκου, μαστίχης, ἀνὰ < στ'. σχοίνου ἄνθους < ιβ'. οἱ δὲ < κδ'. κιναμώμου < ιβ'. ἀμώμου, κασσίας, ῥᾶ Ποντικοῦ, ἀνὰ < ιέ. νάρδου Ἰνδικῆς, μαλαβάθρου φύλλων, ἀνὰ < * ιστ', σμύρνης, κρόκου, ἀνὰ < ιβ'. οἴνῳ Φαλερίνῳ ἀναλάμβανε, ὀποβαλσάμῳ παραπτόμενος ἐν τῷ ἀναπλάττειν καὶ ἔα ξηραίνεσθαι ἐν σκιᾷ. Περὶ ἀρτίσκων σκιλλητικῶν. Τροχίσκους

tas aphthas id conducere proferunt. Ejusmodi namque laus calumniam potius medicamento quam commendationem adferre videtur. Si enim vili materia, aut remedio tales morbi melius ſanari queant, cum profuſione minus ipſi finem conſequi ſupervacaneum eſt. At de *theriacae* compoſitione aliquid dicere neceſſe eſt, quum etiam ipſa narrationis quadam ſedulitate indigeat. Menecrates ſiquidem de ea nihil diſtincte differuit. Quum autem haec hedychroi medicamentum aſſumat, aliosque trochiscos, ſcilliticos et theriacos, prius horum confectio proferenda eſt. *Hedychroi confectio.* ℔ Radicis aſpalathi corticis, calami aromatici, coſti, aſari, xylobalſami, phu, amaraci, maſtiches, ſingulorum ʒ vj, ſchoenanthi ʒ xij, (quidam ʒ xxiv,) cinnamomi ʒ vij, amomi, caſſiae, rha Pontici, ſingulorum ʒ xv, nardi Indicae, foliorum malabathri, ſingulorum ʒ xvj, myrrhae, croci, ſingulorum ʒ xij, excipe haec Falerno vino et inſingendo inunge opobalſamo et ſiccentur in umbra. *De paſtillis ſcillicitis.* Orbiculos ſcilliticos ſic

Ed. Chart. XIII. [963. 964.] Ed. Baf. II. (471.)

τοὺς σκιλλητικοὺς οὕτω σκευάζομεν. σκίλλαν περίπλασσε πηλῷ καὶ βάλλε εἰς κάμινον βαλανείου καιομένην, τῇ δ' ἐπισύσῃ ἡμέρᾳ τοῖ ἐντὸς λαβὼν <ρκ'. καὶ ὀροβίνου ἀλεύρου <ξ'. λειώσας ὁμοῦ ποίει τροχίσκους. Ἀρτίσκοι θηριακοί. Ἀρτίσκοι δὲ θηριακοὶ οὕτω σκευάζονται, λαβὼν ἔχεις ὄ'. ἢ πέντε πυρῥὰς, ἄμεινον δὲ εἶναι νεοθηράτους, αἱ γὰρ πολλῷ χρόνῳ καθειργμέναι ἰωδέστεραι τὴν ἕξιν εἰσίν. ἔστι δὲ τοῦτο τεκμήρασθαι ἀπὸ τοῦ νηστεύσαντος ἀνθρώπου, ἔπειτα τοῦ πρὸς κεφαλὴν μέρους καὶ τοῦ πρὸς οὐρὰν ἀφαιρεῖν ἀνὰ τετραδάκτυλον καὶ τὴν φολίν πᾶσαν ἀποδέρειν, [964] καὶ πᾶν τὸ ἔντερον ἐκβάλλειν· τὰ δὲ λοιπὰ ἕψειν ἐν καινῇ χύτρᾳ μετ' ἀνήθου· ἑψηθεισῶν δὲ τῶν σαρκῶν καθαίρειν τὰς ἀκάνθας, ἐπιμελῶς δὲ τὰς σάρκας ἱστᾶν δεῖ, ἵνα μὴ διαλάθῃ ἄκανθα, καὶ ῥῖψαι καὶ ἄρτου καθαροῦ ξηροῦ τὸ ἴσον προσβάλλειν, καὶ συλλειοῦν, ἔπειτα προσαπτόμενος ὀποβαλσάμῳ τροχίσκον ἀνάπλασσε καὶ ψῦχε ἐν σκιᾷ. αὐτὴ δὲ ἀντίδοτος κατὰ Ἀνδρόμαχον τὸν πεποιηκότα αὐτὴν συντίθεται τρόπῳ τοιῷδε. ὠνομάσθη δὲ παρ' Ἀνδρομάχου

conficias. Scillam luto circumline et in flagrantem balnei caminum mitte, poſtridie quod intus eſt hujus accipe ʒ cxx, ervi farinae ʒ lxxx, atque ex his ſimul tritis orbiculos confice. *Orbiculi theriaci.* Orbiculi theriaci ſic conficiuntur. Viperas flavas iv, aut quinque accipe, eſſe recenter captas melius: nam incluſae multo tempore virulentiores habitu ſunt; hoc autem de jejuno homine licet conjicere; deinde partis ad caput et ad caudam cujusque quatuor digitos exime, ſquamoſam cutem detrahe et tota interanea abjice; reliqua coquantur in ollo nova cum anetho; coctae carnes, ſpinis expurgandae; accurate vero carnes ponderandae ſunt, ne ſpina delituerit, ac examinandae: tum panis puri et aridi par pondus accipiendum et conterendum et adjecto opobalſamo orbiculos forma et ſicca in umbra. Haec autem antidotus ex Andromacho ejus auctore hoc modo componitur et ab Andromacho nominata eſt galene. Qui vero hanc ab eo acceperunt, ut Crito et ejus coaetanei, quod viperarum carnem con-

Ed. Chart. XIII. [964.] Ed. Baſ. II. (471.)

γαλήνη. οἱ μετ' αὐτὸν δὲ παραλαβόντες, οἷον Κρίτων καὶ οἱ κατ' αὐτὸν, διὰ τὸ ἔχειν αὐτὴν τῆς σαρκὸς τῶν ἐχιδνῶν, ὠνόμασαν αὐτὴν θηριακήν. ℔ ἈΡτίσκων σκιλλητικῶν < μδ'. ἀρτίσκων θηριακῶν < κδ'. ἀρτίσκων ἡδυχρόου < κδ'. κινναμώμου, πεπέρεως μέλανος, ὀποῦ μήκωνος, ἀνὰ < κδ'. ἴρεως Ἰλλυρικῆς, γλυκυῤῥίζης, ὀποβαλσάμου, ῥόδων ξηρῶν, σκορδίου Κρητικοῦ, βουνιάδος σπέρματος, γογγυλίδος ἀγρίας, ἀγαρικοῦ, ἀνὰ < ιβ'. κρόκου, σμύρνης, ζιγγιβέρεως, ῥᾶ Ποντικοῦ, πενταφύλλου ῥίζης, καλαμίνθης, πρασίου, πετροσελίνου, στοιχάδος, κόστου, πεπέρεως λευκοῦ, ἀνὰ < στ'. δικτάμνου Κρητικοῦ, σχοίνου ἄνθους, λιβάνου ἀῤῥένος, τερμινθίνης Χίας, κασσίας σύριγγος μελαίνης, νάρδου Ἰνδικῆς, ἀνὰ < στ'. πολίου ἄνθους Κρητικοῦ, στύρακος, σελίνου σπέρματος, σεσέλεως, θλάσπεως, ἄμμεως, χαμαίδρυος, χαμαιπίτυος, ὑποκιστίδος χυλοῦ, μαλαβάθρου, νάρδου Κελτικῆς, γεντιανῆς ῥίζης, ἀνίσου, μήου, μαράθρου σπέρματος, Λημνίας μίλτου σφραγῖδος, χαλκίτεως ὀπτῆς, ἀμώμου, ἀκόρου, καρποβαλσάμου, φοῦ Ποντικοῦ, ὑπερικοῦ, ἀκακίας, καρδαμώμου, κόμμεως, ἀνὰ < δ'. δαύκου

tineat, ipſam theriacam nominarunt. *Confectio antidoti.* ℔ Orbiculorum ſcilliticorum ℥ xlviij, paſtillorum theriacalium ℥ xxiv, orbiculorum hedychroi ℥ xxiv, cinnamomi, piperis nigri, opii, ſingulorum ℥ xxiv, iridis Illyricae, glycyrrhizae, opobalſami, roſarum aridarum, ſcordii Cretici, ſeminis rapae agreſtis, agarici ann. ℥ xij, croci, myrrhae, zingiberis, rha Pontici, radicis quinqueſolii, calaminthes, marrubii, petroſelini, ſtoechados, coſti, piperis albi, ſingulorum ℥ vj, dictamni Cretici, ſchoenanthi, thuris maſculi, terebinthinae Chiae, caſſiae fiſtulae nigrae, nardi Indicae, ſingulorum ℥ vj, florum polii Cretici, ſtyracis, ſeminum apii, ſeſeleos, thlaspeos, ammeos, chamaedryos, chamaepityos, ſucci hypociſtidos, malabathri, nardi Celticae, radicis gentianae, aniſi, mei, ſeminum foeniculi, lemnii minii ſigillati, chalciteos uſtae, amomi, acori, fructuum balſami, rhu Pontici, hyperici, acaciae, cardamomi, gummi ſingulorum ℥ iv, ſeminum

Ed. Chart. XIII. [964.] Ed. Baſ. II. (471. 472.)

σπέρματος, χαλβάνου, σαγαπηνοῦ, ἀσφάλτου, ὀποπάνακος, καστορίου, κενταυρίου λεπτοῦ, ἀριστολοχίας κληματίτιδος, ἀνὰ < β'. μέλιτος Ἀττικοῦ λίτραν ι'. οἱ δὲ στ'. οἱ δὲ δ'. οἴνου Φαλερίνου ξε. β'. βαλὼν εἰς ὅλμον ὀπὸν ὑποκιστίδος, σμύρναν, σαγαπηνὸν, γλυκύῤῥιζον, στύρακα, ἀκακίαν, ὀποπάνακα, παραστάζων κατὰ μικρὸν μέλι καθ' ἓν, κόπτε καὶ διάλυε καὶ πρόσβαλε τοῦ οἴνου, ὥστε ὑπερέχειν, καὶ ἔμβρεχε ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, εἶτα κιννάμωμον, κρόκον, κασσίαν, στάχυν, θλάσπι, μαλάβαθρον, Λημνίαν σφραγῖδα, χαλκῖτιν κεκαυ- (472) μένην, (αὕτη γὰρ καὶ τὸ μέλαν χρῶμα χαρίζεται τῷ φαρμάκῳ καυθεῖσα ἐντέχνως) ἄμωμον, ἄσφαλτον, καστόριον κεκομμένον, καὶ σεσησμένον βαλὼν εἰς θυείαν καὶ παραχέων οἶνον, λειοτρίβει, ὡς κολλύριον, ἔπειτ' ἐκ τοῦ ὅλμου προσβαλὼν τοῖς ἐν τῇ θυείᾳ, λειοτριβήσας καὶ παρεγχέας οἶνον πρόσμισγε τὰ ξηρὰ πάντα καὶ ἀνάπλαττε. μετὰ δὲ ταῦτα τὸ μέλι καὶ τὴν ῥητίνην καὶ χαλβάνην καὶ ὀποβάλσαμον χλιάνας ἐν κακκάβῃ, κατάχει τῶν ἐν τῇ θυείᾳ, καὶ ἐνώσας ἀπόθου εἰς ἀγγεῖον κασσιτερινὸν ἢ ἀργυροῦν καὶ

dauci, galbani, ſagapeni, bituminis, opopanacis, caſtorii, centaurii minoris, ariſtolochiae clematitidis, ſingulorum ʒ ij, mellis Attici lib. x, ſed alii malunt vj, alii iv, vini Phalerni ſextarios ij. In pilam conjice ſuccum hypociſtidos, myrrham, ſagapenum, glycyrrhizam, ſtyracem, acaciam, opopanacem, et paulatim inſtilla mel; omnia contunde, diſſolve; tum vinum adjice, ut ſuperemineat, et macerato dies tres; poſtea cinnamomum, crocum, caſſiam, ſpicam, thlaſpi, malabathrum, ſigillum Lemnium, chalcitim uſtam, (ipſa namque artificiose uſta, nigrum colorem medicamento conciliat) amomum, bitumen, caſtorium inciſum et cribratum in pilam conjice, vinum affunde et ſicut ſit collyrium, contere; deinde *remota* ex mortario his adjice quae in pila ſunt tritis et vino affuſo arida omnia commiſce et maſſam finge; poſtea mel, reſinam, galbanum et opobalſamum in caccabo tepefacta offunde his quae in pila ſunt et unum forma corpus et in vaſe ſtan-

Ed. Chart. XIII. [964.] Ed. Baſ. II. (472.)
χρῶ. Κρίτων δ' ἔγραψε περὶ αὐτῆς οὕτως, ὅτι τὰ θηρία περὶ τὰ τελευταῖα τοῦ ἦρος, ἢ τῷ τρυγητῷ συλλέγειν δεῖ, καὶ λαμβάνειν ἐξ αὐτῶν τὰ μεγάλα καὶ εὔτροφα καὶ ἕψειν μετ' ἀνήθου μόνου. τῷ δὲ τῆς σαρκὸς αὐτῶν ἐκ δέκα θηρίων ἀθροισθέντι μιγνύειν ἀξιοῖ σιλιγνίτου ἄρτου μίαν οὐγγίαν, καὶ οὕτως ἀναπλάττειν τοὺς καλουμένους ἄρτους· τὰς δὲ σκίλλας ἐν τῷ πυρῶν ἀμήτῳ, τηνικαῦτα γάρ εἰσι μάλιστα ἀκμαῖαι.

neo aut argenteo repone et utere. Crito vero de ea ita ſcripſit, viperas in veris fine aut vindemia colligendas et ex his grandiusculas et corpulentas et cum anetho ſolo eſſe coquendas, carnibus autem viperarum decem admiſcendam cenſet ſiliginei panis unciam unam ſicque fingendos paſtillos appellatos; ſcillas denique meſſis tempore colligendas; tunc enim maxime vigent.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΕΥΠΟΡΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ed. Chart. X. [574.]

Προοίμιον. [*Τοῖς ἔξω πόλεων παραμένουσι καὶ τοῖς κατ' ἀγροὺς καὶ τοὺς ἐρήμους τόπους διατρίβουσι τῶν εὐπορίστων χρῆσιν προσήκουσαν εἶναι.*] *Τὴν ἰατρικὴν τέχνην, οὐ πόλεσιν οὐδὲ δημοσίοις τόποις, ἢ ἀνδράσι πλουσίοις καὶ εὐγενέσιν ἄρχουσί τε καὶ μεγάλως δυναμένοις ὁριζομένην, διὰ δὲ τὸ φιλάνθρωπον καὶ πολύχρηστον αὐτῆς ποικίλως ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους διήκουσαν καὶ ἄχρις ἀγροικίας καὶ ἐρήμων τόπων φθάνουσαν μὲν ὁρῶν τῇ δυνάμει, ἐλλείπουσαν δὲ τῇ ἐνεργείᾳ διὰ τὸν ἀμελέτητον τῆς περὶ*

GALENI DE REMEDIIS PARABILIBUS LIBER PRIMUS.

Prooemium. [*Extra urbes, rura et ſolitaria loca incolentibus parabilium medicamentorum uſum eſſe neceſſarium.*] Medicam artem, quae non civitatibus, non publicis locis, non opulentis hominibus, nobilibus, principibus et potentibus circumſcribitur, imo ob amplissimam erga homines hujusce benevolentiam atque utilitatem ad univerſos mortales longe lateque propagatur, etiam adusque rura et ſolitaria loca ſuos fines poteſtate proro-

Ed. Chart. X. [574.]
αὐτὴν φιλοτιμίας, δίκαιον ᾠήθην κατ' ἐμὴν δύναμιν εἰσενέγκασθαι ἐπικουρίαν τοῖς ἐν ὁδοῖς, μάλιστα καὶ κατ' ἀγροὺς καὶ κατά τινας ἐρήμους τόπους διατρίβουσιν, ἐφ' ὧν τὰ μὲν πάθη ῥᾳδίαν καὶ ἀπροσδόκητον ἔχει τὴν κατὰ τῶν σωμάτων φορὰν καὶ δύναμιν, οὐκ ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐκ τῶν ἰαμάτων ἐπικουρίαν εὔπορον. οὔτε γὰρ φαρμάκων πολυτελῶν ἐν παντὶ τόπῳ ῥᾴδιον εὐπορεῖν οὔτε τοὺς χρησομένους αὐτοῖς ἰατροὺς ἀφθόνως ἔχειν ἐπιτηδείους, οὔτε μὴν τὰς περιστάσεις παρεῖναι τῆς ὑποπροσθέσεως καὶ ἀναβολῆς καιροὺς διδούσας, οἷον ἐπὶ συνάγχης καὶ δηλητηρίων φαρμάκων καὶ τῶν ἰοβόλων, αἱμορῥαγίας τε καὶ χολέρας καὶ τῶν [575] *τούτοις παραπλησίων. διὰ ταῦτ' οὖν οὐκ ἀκριβῶς καὶ ἐπιστημονικῶς θεραπείαν καὶ πάντη τοῖς οἰκείοις θεωρήμασι συνεκπληρουμένην ἐνθάδε λέγειν προυθέμην, ἀλλ' ὅπως ἄν τις καὶ ἰδιώτης ἐκ τοῦ παραχρῆμα βοηθεῖν ἔλῃ τοῖς κινδυνεύουσιν ἢ ἄλλως πάσχουσι κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἐκ τῶν ὡς οἷόν τε ἐπ' ἀπόροις εὐπορουμένων βοηθημάτων, ὑποθέσθαι δίκαιον ᾠήθην.*

gat, ſed operibus, ob ſummam eorum qui illi operam navant, negligentiam, e ſuo ſplendore decidit, aequum eſſe duxi pro meis viribus ad eorum ſubſidium traducere, tum quia vias moliuntur, tum maxime qui ruri et in locis quibusdam deſertis verſantur, ubi morbis quidem faciles ac repentini in corpora ſunt impetus ac imperia, nequaquam vero etiam facilia ex officinis remedia ſuppetunt. Neque enim profuſis in omni loco medicamentis abundare, neque idoneos qui ipſis uti noverint, affluenter habere medicos facile eſt; neque certe circumſtantias adeſſe, quae et incrementi et dilationis tempus concedant, ut in angina, venenoſis medicamentis, animalibus virus ejaculantibus, haemorrhagia, cholera et his ſimilibus. Quas ob res non accuratam et ſcientificam curandi rationem et omnibus ſuis praeceptis abſolutam hic explicare mihi propoſui, ſed ut quisque etiam plebejus ſolis ardore, aut alia quacunque cauſa male affectis *hominibus* opem illico ferat illis ſane uſus remediis, quae in paratorum inopia paratu facilia ſuppetant. Supponi juſtum arbitror, accu-

Ed. Chart. X. [575.]

θην τὸ μὲν ἀκριβὲς ἄγαν τῆς κατὰ τὴν τέχνην ὕλης καὶ τῆς ἐπιστημονικῆς χρήσεως τῶν βοηθημάτων, ἐν οἷς φαρμάκων καὶ ἰατρῶν εὐπορία καὶ τὰ πάθη συγχωρεῖ, ἀναγκαῖον εἶναι κρίνει, ὅπου δὲ ὀξὺς ὁ καιρὸς καὶ οὐκ εὔπορος ἡ τῶν βοηθημάτων εὐπορία καὶ ἀφθονία, τὴν ἐκ τῶν εὐπορίστων φαρμάκων δύναμιν ἀναγκαιοτάτην εἶναι λογιζόμενος τοῖς ὁτιοῦν μέρος τοῦ σώματος πάσχουσιν. ἀναγράψω τοιγαροῦν εὐπορίστων βοηθημάτων ὕλης σπανίως που πολυτελεστέρων μὲν, συνήθων δὲ τοῖς πολλοῖς, καὶ διὰ τοῦτο εὐπορουμένων φαρμάκων μνημονεύσομεν, ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι. αὕτη γὰρ καθάπερ τις ἀκρόπολίς ἐστι τοῦ σώματος καὶ τῶν τιμιωτάτων καὶ ἀναγκαιοτάτων ἀνθρώποις αἰσθήσεων οἰκητήριον, διὸ καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν βοηθημάτων ἀπ' αὐτῆς ποιησόμεθα τοῦ δυνατοῦ μάλιστα καὶ σαφῶς στοχαζόμενοι. πάσχει δὲ αὕτη ποικίλως, ἐγκαιομένη τε καὶ ψυχομένη, καὶ ὑπὸ ἀναθυμιάσεων τῶν ἐκ τῆς κοιλίας πληρουμένη, καὶ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, τῶν καρωδῶν καὶ δυσωδῶν, καὶ διὰ πολλὰ ἕτερα.

ratiſſimam ex arte materiae, atque etiam e ſcientia prodeuntis uſus remediorum, quo tempore tum medicamentorum et medicorum copia eſt, tum morbi poſtulant, administrationem judicari ac neceſſariam At ubi praeceps occaſio eſt, nec ſuppetit copioſa remediorum multitudo et ubertas, medicamentorum parabilium facultatem quacunque corporis parte laborantibus neceſſariam eſſe mente conjeci. Deſcribam itaque parabilium remediorum materiam, quibusdam etiam in locis, quanquam raro exquiſitiorum, permultis conſuetorum, proindeque facile ſuppetentium medicamentorum mentionem faciam, a capite ducto exordio. Ipſum enim tanquam arx quaedam corporis eſt ac domicilium ſenſuum, qui hominibus pretioſi maximeque neceſſarii ſunt; proindeque ab ipſo remediorum principium faciemus, idonea et manifeſta potiſſimum aggredientes. Caput varie afficitur, ab aeſtu aeſtuat, a frigore frigescit, ac vaporibus e ventriculo ſublatis repletur; et ab externis gravitatem ſoporoſam efficientibus, foetidis

Ed. Chart. X. [575.] Ed. Baſ. II. (472.)

ἐξ ἐπιμέτρου καὶ ταῖς κατὰ τὸ δέρμα καὶ τὰς τρίχας ἀπρεπείαις ἀλισκομένη, ἀλωπεκίαις, ὀφιάσεσι, διαφόροις ἑλκώσεσιν. ἐγκαύσεως μὲν οὖν καὶ ψύξεως καὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἀναθυμιάσεως ἱκανὰ σημεῖα ταῦτα προκατάρχοντα αἴτια. ἤδη δὲ τοῖς ἐξ ἐγκαύσεων ἄλγημα παρακολουθεῖ σφυγματῶδες ὅλης σφακελιζούσης δοκεῖν τῆς κεφαλῆς μετὰ πυρώδους αἰσθήσεως καὶ διάτασις τῶν περὶ τὸ μέτωπον ἀγγείων καὶ ὀφθαλμῶν ἔρευθος, τὰ πολλὰ καὶ ἀγρύπνια· τοῖς δὲ ἀπὸ ψύξεως ναρκῶδες βάρος καὶ πῆξις καὶ τῶν μετὰ τὸ μέτωπον ἀγγείων σύμπτωσις· εἰ δὲ μεθ' ὑγρότητος καταψύχοιντο, καὶ καταφορώδης ὕπνος· τοῖς δ' ἐξ ἀναθυμιάσεων ἄλγημα νυγματῶδες καὶ σφυγμὸς τῶν περὶ τὸ μέτωπον ἀρτηριῶν, ἴλιγγοί τε καὶ παροράσεις καὶ ὤτων ἦχοι. ὁμοίως καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἐντὸς ἀναθυμιάσεων πληρουμένοις τὰ αὐτὰ ταῦτα συμπίπτειν εἴωθεν.

Κεφ. α'. [*Πρὸς τὰ ἐντὸς τῆς κεφαλῆς πάθη, καὶ πρῶτον* (472) *περὶ τῆς ἐξ ἐγκαύσεως κεφαλαλγίας.*] *Ἁρμόσει δὲ τοῖς μὲν ἐξ ἐγκαύσεως ἐμβροχὴ ἐλαίου ὀμφακίνου ψυχροῦ·*

et caeteris multis. Praeterea vero cutis et capillorum deformitatibus obſidetur, alopecia, ophiaſi, diverſisque ulceribus. Aeſtus itaque, frigoris et vaporis ab externis rebus exurgentis idonea ſigna ſunt hae cauſae evidentes. Jam vero ab aeſtu laborantes comitatur dolor pulſatorius totius capitis, quod ſiderari videtur, cum ignei caloris ſenſu, vaſorum frontis diſtenſio, oculorum rubor, plerumque etiam vigilia; frigore vero laborantes ſtupefaciens gravitas, congelatio, vaſa ſecundum frontem collapſa, ſi cum humiditate frigeant, etiam vehementior ſomnus; at vaporibus male affectos dolor punctorius, pulſus arteriarum quae circa frontem ſunt, vertigines, hallucinationes, aurium ſonitus. Peraeque quibus ab internis vaporibus repletur caput, haec ipſa accidere conſuescunt.

Cap. I. [*Ad internos capitis affectus, ac primum pro capitis dolore ab aeſtu ſolis.*] Dolore capitis ab aeſtu ſolis *laborantibus* idonea erit embroche ex oleo omphacino

Ed. Chart. X. [575. 576.] Ed. Baſ. II. (472.)

εἰ δ' ἐπιτείνοιτο, δι' ὀξυῤῥοδίνου, μὴ παρόντος δὲ τοῦ ῥοδίνου ἐλαίου, χρηστέον ὀμφακίνῳ, τέτρασι μέρεσι τοῦ ἐλαίου συμπλέκοντας ὄξους μέρος ἕν, εἰ συμμέτρως ψύχειν βούλοιντο, εἰ δὲ μή, πλεῖον ἔτι ὄξους. διακαιομένης δὲ σφοδρῶς τῆς κεφαλῆς, συμπλέκειν χρὴ τῷ ὄξει πολυγόνου χυλὸν, ἢ ἀρνογλώσσου, ἢ ἀνδράχνης, ἢ θριδακίνης, ἢ ὄμφακος σταφυλῆς, ἢ τῶν τοιούτων τινός. δῆλον δὲ ὡς τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον τῆς εὔξεως αὐτῶν δηλώσει τὸ μέγεθος τῆς ἐγκαύσεως καὶ ἡ τοῦ σώματος κατασκευή. ἀνακλίνειν δὲ αὐτοὺς ἄμεινον καὶ ἐν ψυχροτέροις οἴκοις εἰσφέροντας ἀμπέλου φύλλα καὶ [576] βάτου, μήλων τε καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων, ὅσα χωρὶς τοῦ κάρου ψύχειν δυνήσεται. παραπλήσιαι δὲ ταύτῃ διαθέσεις καὶ αἱ ἀπὸ τῶν δυσκρασιῶν συμβαινόμεναι. ἀλλ' αἱ μὲν ἀπὸ θερμοτέρας καὶ ξηροτέρας, ἔτι τε ψυχροτέρας καὶ ξηροτέρας δυσκρασίας, ὀδύναι μεγάλαι γίγνονται, ἥκιστα δ' ἐν τῇ ὑγρᾷ δυσκρασίᾳ πόνοι συμβαίνουσι, θεραπεύονται κατὰ ἐναντίωσιν τῶν διαθέσεων.

frigido; ſi adaugeatur dolor, ex roſaceo et aceto; at ſi non adſit roſaceum oleum, omphacino utendum. Olei partibus quatuor aceti unam commiſceant, ſi mediocriter refrigerare velint, alioqui plus aceti adjiciendum. Aeſtuante vero vehementer capite commiscendus aceto ſuccus ſanguinariae, aut arnogloſſi, aut portulacae, aut lactucae, aut uvae acerbae, aut alicujus ejusmodi facultatis. Conſtat autem quod et liberaliorem et parciorem eorum uſum tum ardoris magnitudo, tum corporis praeparatio indicabit. Sed praeſtat etiam ipſos aegrotos in frigidiore domo decumbere, ſtrata foliis vitis et rubi et pomi et aliis horum ſimilibus, quae citra veternum refrigerare valuerint. Conſimiles ipſi ſunt affectus qui ab intemperie oboriuntur. Verum ab intemperie tum calidiore quidem et ſicciore, tum etiamnum a frigidioreet ſicciore dolores maximi nascuntur, ſed minime ab humida intemperie dolores contingunt. Curantur vero etiam ipſi dolores eodem modo, quo qui ab externis cauſis ortum ducunt per remedia affectibus contraria.

Ed. Chart. X. [576.] Ed. Baſ. II. (472.)

[*Περὶ τῆς ἀπὸ ψύξεως κεφαλαλγίας.*] *Τοῖς δὲ ἀπὸ ψύξεως ἀρμόζουσιν αἱ θερμότεραι τῶν ἐμβροχῶν, ὅτε μὲν συμμέτρως εἴη ἡ ψύξις, ἀρκουμένοις ἀνηθίνῳ καὶ πηγανίνῳ ἐλαίῳ θερμῷ· εἰ δὲ ἐπιτείνοιτο μεγάλης τῆς ψύξεως ὑπαρχούσης, σικύου ἀγρίου ῥίζαν ἐμβαλεῖν δεῖ, ποτὲ δὲ καὶ εὐφορβίου βραχύ. χρῆσθαι δὲ καὶ ἰρίνῳ ἐλαίῳ, ἤ τινι τῶν τοιούτων λεπτῶν εἰρημένων τινὰ τούτοις ἐμβαλόντα· ἐλάττω δὲ ἢ πλείω κατὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν ψύξιν σκοποῦντα καὶ συμμετροῦμενον.*

[*Περὶ τῆς ἐξ ἀναθυμιάσεως κεφαλαλγίας.*] *Ὅσοις δὲ ἀπὸ ἀναθυμιάσεων αἱ κεφαλαλγίαι γίγνονται, ὑπάγειν τε τὴν γαστέρα καὶ ἄγειν αὐτοὺς εἰς εὐπνουστέρους οἴκους καὶ λεπτὸν ἀέρα ἔχοντας, ἐπιτηδεύειν τε καὶ πτερμοὺς, μάλισια εἰ ἀπύρετοι εἶεν, ἐμβαλόντας τοῖς πόροις ἢ στρούθιον λεῖον, ἢ πέπερι, καὶ ἀνέλκειν κελεύοντας. κενουμένων γὰρ τῶν ἀτμῶν ῥᾷον διαφορηθήσεται ἡ κεφαλή. ἐμβρέχειν δ' αὐτοὺς καὶ ἐλαίῳ, βραχὺ ὄξους παραχέοντας. ἤ τε γὰρ ἄμετρος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῶν ἀτμῶν φορὰ ἀποκρουσθήσεται καὶ τὸ*

[*Pro capitis dolore a frigore.*] A frigore vero caput dolentibus medentur embrochae calidiores. Quod ſi moderatum fuerit frigus, anethino et rutaceo oleo calido uti ſatis erit; ſi autem intendatur ex vehementi graſſante frigore, cucumeris agreſtis radicem infundere oportet, ac interdum euphorbii pauxillum. Utendum quoque irino oleo, aut talium tenuium enarratorum aliquo, quaedam his inferendo; ſed pauciora aut plura pro ratione exuperantis frigoris obſervando ac commetiendo.

[*Pro capitis dolore a vaporibus.*] Quibus dolores capitis a vaporibus excitantur, ſubducenda eſt alvus, iique in domos quae ventis magis perflentur, tum tenui aëre gaudeant, ducendi ſunt; ſternutamenta cienda, praeſertim ſi febre vacent, injecto et ex praeſcriptis attracto per narium meatus aut ſtruthio trito, aut pipere. Vacuatis enim vaporibus facilius diſcutietur capitis dolor. Irrigandum autem eorum caput eſt etiam oleo, cui aceti nonnihil effundatur; immoderatus namque ad caput vaporum aſcen-

Ed. Chart. X. [576.] Ed. Baſ. II. (472.)

ἐνιζάνον ταῖς κοιλίαις τοῦ ἐγκεφάλου διαφορηθήσεται, μὴ ἐᾶν καθεύδειν, καὶ μάλιστα μεθ' ἡμέρας.

[*Περὶ τῆς ἐξ ἀπέπτων βρωμάτων κεφαλαλγίας.*] *Εἰ δ' ἀπέπτων ἐγκειμένων τῇ γαστρὶ συμπάσχοι τι ἡ κεφαλή, διδόντας πιεῖν ὕδατος χλιαροῦ συχνῶς ἐμεῖν κελεύειν. γίγνονται δὲ πολλοῖς τῶν στομαχικῶν ἐξ ἀναστάσεως κεφαλαλγίαι, ἐφ' ὧν αἱ παραθέσεις τῆς τροφῆς αὐτίκα κουφίζειν εἰώθασιν. εἰ δ' ἀπὸ μεγάλης ποτὲ ἀλγηδόνος τῆς κεφαλῆς ἄφωνοι γίνονται ἄφνω, μηδὲ τῆς αἰτίας καταλαμβανομένης, καταντλεῖν προσήκει τὴν κεφαλὴν ὕδατι θερμῷ δαψιλεῖ, ἐγχέοντας τοῖς ὠσὶν ἔλαιον καὶ ἔριον ἐμβάλλοντας.*

[*Περὶ τῆς ἐξ οἴνου κεφαλαλγίας.*] *Ὅτι μὲν οἱ θερμότεροι τῶν οἴνων τὰς κεφαλαλγίας γεννῶσιν, ἀτμῶν πληροῦντες ῥᾳδίως τὴν κεφαλήν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ χυμῶν, καὶ ὅτε χωρὶς οἴνου πόσεως πρὸς τὴν κεφαλὴν ἑτοίμως οὗτοι ἀναφέρονται, καὶ μάλιστα οἷς φύσει θερμότεραι τὴν κρᾶσιν αἱ κεφαλαὶ τυγχάνουσιν, ἅπασιν οἶμαι φανερὸν εἶναι. σκοπὸς*

ſus reprimetur et quae portio cerebri ventriculis inſedit, diſcutietur. At dormire non ſinendum eſt, ac potiſſimum interdiu.

[*Pro dolore capitis ab eduliis crudis ventriculi.*] Quod ſi ab eduliis crudis ventriculo incumbentibus per conſenſum doleat caput, aqua tepida liberalius potui exhibenda eſt vomitusque imperandus. Multis autem ſtomachicis a ſurrectione capitis dolores oriuntur, quos ſtatim ciborum aſſumptiones levare conſueverunt. Quod ſi a vehementi aliquando dolore capitis derepente quidam obtumeſcunt, neque cauſa deprehendatur, caput aqua calida liberalius perſundere convenit et auribus oleum inſundere et lanam inſerere.

[*Pro capitis dolore ex vino.*] Quod vina calidiora capitis dolores procreent, facileque caput oppleant vaporibus, interdum etiam humoribus, quodque citra vini potum ad caput hi prompte efferantur, iisque potiſſimum qui calidiora temperamento capita ſortiuntur, omnibus manifeſtum eſſe arbitror. Proinde ſcopus curationis ipſo-

Ed. Chart. X. [576. 577.] Ed. Baſ. II. (472. 473.)

τοίνυν τῆς ἰάσεως ἡ κένωσις αὐτῶν. ἐπειδὴ δὲ θερμότεροι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ πεπληρωκότες τὴν κεφαλὴν ἀτμοὶ, καὶ τῆς ἐντυχούσης αὐτοῖς βοηθείας δέονται. ἔλαιον οὖν ῥόδινον καὶ πάνυ ψυχρὸν προσφερόμενον, ὕπνος τε καὶ ἡσυχία, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς ἑσπέραν λουτρὸν καὶ τροφαὶ εὔχυμοι, οὐ μέντοι θερμαίνουσαι. τοιαῦται δ' εἰσὶν ὁ πτισάνης χυλὸς, καὶ τὰ ὑγρὰ τῶν ὠῶν ἄνευ γάρου καὶ ἐξ ὕδατος ἄρτος, θριδακίνη τε ὡς ἐμψύχουσα καὶ κράμβη ὡς ἀτμῶν ξηραντική. ποτῷ δὲ ὕδατι χρηστέον. ἀλλ' ἐπί τενων ὁ στόμαχος ἐπὶ ταῖς ὑδροποσίαις ἀνατρέπεται, ῥοιὰν οὖν αὐτοῖς ἐπιδοτέον, ἢ μῆλον, ἢ ἄπιον [577] ἡψημένα. χρὴ δὲ ἕψειν οὕτως αὐτά· πρῶτον ἐν χύτρα ὕδωρ ἐγχέοντας θερμὸν, εἶτα κρεμάσαντας ἐν ἀγγείῳ τὰς ὀπώρας ὑποκαίειν τὴν χύτραν, ὅπως ὁ ἀναφερόμενος (473) ἐκ τοῦ ὑδατὸς ἀτμὸς ἕψειν οἷός τε εἴη. καὶ σταφίδες δὲ ῥωννύουσι τὸν στόμαχον. φοινίκων δὲ παντελῶς ἀπέχεσθαι. ἔχουσι γάρ τινα ἰδιότητα κεφαλαλγίας ποιητικήν. εἰ δ' ἐπὶ τούτοις ὑπνῶσαι καλῶς δυνηθεῖεν, ἐπὶ λουτρὸν μὲν ἄγειν αὐτοὺς κατὰ τὴν ὑστε-

rum eſt vacuatio. Quoniam vero hi vapores calidiores ſunt caputque repleverunt, egent remedio ipſos refrigerante. Oleum itaque roſaceum admotum frigidum admovendum eſt, ſomnus quoque congruit et quies, et poſtea ſub veſperam balneum et cibi boni ſucci, qui tamen non calefaciant. Ejusmodi ſunt hordei cremor, ova ſorbilia absque garo, panis aqua maceratus, lactuca et braſſica, quae vapores exiccando diſcutit, aquae potu utendum. Caeterum quorum os ventriculi aquae potu ſubvertitur, iis granatum offerendum, ſeu malum Punicum, aut pyrum, eaque cocta exhibenda ſunt. Haec autem ita coquenda. Primum inſuſa in ollam aqua fervida, deinde ſuſpenſis in vaſe his fructibus autumnalibus, ſub olla ignem ſuccendemus, quoad vapor elevetur, qui hosce fructus coquere queat. Quin et uvae paſſae ſtomachum corroborant. A palmulis prorſus abſtinendum, quod proprietate quadam polleant dolores capitis effectrice. Si his peractis

Ed. Chart. X. [577.] Ed. Baſ. II. (473.)

ραίαν, καὶ καταχεῖν ἐν τῷ βαλανείῳ θερμὸν ὕδωρ πολλάκις, εἶτα μικρὸν ἠρεμήσαντας αὖθις παραπλησίως λούειν, εἶθ' οὕτως τρέφειν ὡς πρόσθεν εἴρηται. εἰ δέ ποτέ τι τῶν ἀνελθόντων ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀτμῶν τε καὶ χυμῶν ὑπολείποιτο τι λείψανον ἐσφηνωμένον πόροις λεπτοῖς, καὶ διὰ τοῦτο παραμένει τι τῆς κεφαλαλγίας, ἀφίστασθαι μὲν τοῦ ῥοδίνου, ἐμβρέχειν δὲ τῷ χαμαιμηλίνῳ συμμέτρως θερμῷ, καὶ μετὰ ταῦτα ἰρίνῳ μεγάλως ὠφελοῦντι τὰς τοιαύτας διαθέσεις· μηδενὸς δὲ τούτων ὄντος, οἴνῳ χρῆσθαι.

[*Περὶ τῆς ἐκ πληγῶν καὶ συμπτωμάτων κεφαλαλγίας.*] Ἐπεὶ δὲ καὶ διά τινα συμπτώματα καὶ πληγὰς γίνονται κεφαλαλγίαι, χρήσιμον βραχέα καὶ πρὸς ταῦτα ὑποσχέσθαι. ἁρμόζει τοίνυν ἡ διὰ σπόγγων πυρία καὶ μαλακῶν ἐρίων ἐλαίῳ θερμῷ δεδευμένων. πρὸς δὲ τούτοις ἡσυχία, ὑποστολὴ τροφῆς, κένωσις τοῦ κάτω γαστρός. φυλακτέον δὲ ἥλιον, λουτρὸν, οἰνοποσίαν, κραυγὴν καὶ διάτασιν, καὶ τῶν ἐν τροφῇ προσφερομένων τὰ δριμέα καὶ ὀξέα καὶ ἁλικά· δῆλον δ' ὡς

aegri probe dormire nequeant, ad balnea ipſi poſtridie ducendi ſunt et in balneo aqua calida ſaepe perfundendi, poſtea pauxillo temporis interjecto denuo ſimiliter lavandi, ac tandem, ut prius dictum eſt, cibandi. Si vero aliquando elatorum ad caput et vaporum et humorum nonnihil relinquatur exilibus meatibus impactum, ob idque doloris capitis reſiduum quidpiam permaneat, roſaceo parcendum et caput perfundendum chamaemelino moderate calido et poſtea irino, quod ejusmodi affectibus magnopere confert; ſed eorum nulli vino uti concedatur.

[*Pro dolore capitis ex ictu et caſu ab alto.*] Quoniam vero et ob caſus quosdam ab alto et ictus dolores capitis obveniunt, utile quoque eſt ad ea pauca proferre. Conveniet igitur fotus ſpongia aut molliori lana oleo calido inebriata, praeterea quies, alimenti ſubtractio, ventris inferioris vacuatio. Vitanda ſunt ſol, balneum, vini potus, clamor et contentio, etiam edulia acria, acida, ſalſa. Liquet

Ed. Chart. XIII. [577.] Ed. Baſ. II. (473.)
σκοποὶ πλείονες ἔσονται τῆς τῶν ἰαμάτων εὑρέσεως κατὰ τὰς ποιούσας τὰ πάθη αἰτίας.

[*Περὶ τῆς ἐκ θλασμάτων κεφαλαλγίας.*] *Καὶ γὰρ κεφαλὴν καὶ θλᾶσθαι συμβαίνει, καὶ ποτὲ μὲν μετὰ τραύματος, ποτὲ δὲ καὶ χωρὶς τραύματος γίνεσθει τὴν θλάσιν, ὡς κἀκ τούτων ἐπιπλέκεσθαι σκοποὺς θεραπείας. θλάσει μὲν οὖν οἰκεῖα τὰ παρηγορικὰ τῶν βοηθημάτων οἷον θερμοῦ κατάχυσις ὕδατος καὶ ἐπίβλημα ἐλαιοβρεχές. τὴν δὲ διαίρεσιν περίστασις παροῦσα εἰ μὴ κωλύει κολληθήσεσθαι, σιδηρίτην βοτάνην λειώσας καὶ ἀποσπογγίσας οἴνῳ ἐπιδέσμει. Ἄλλο. ῥητίνην φρυκτὴν καταπλάσας τὸ ἕλκος ἐπιδέσμει. Ἄλλο. ἀλόην λειώσας καὶ μέλι προσμίξας ἐπιτίθει. Ἄλλο. γῆς ἔντερα κόψας ἐπιτίθει. Ἄλλο. πτελέας φύλλα χλωρὰ κόψας ἐπιτίθει, πρότερον τρίψας. καὶ ὁ φλοιὸς δὲ τοῦ αὐτοῦ δένδρου περιειληθεὶς ὡς ἐπίδεσμος τὸ αὐτὸ ποιεῖ.*

[*Πρὸς καταφοράν.*] *Πιτύαν ἑρίφων βάλε εἰς ἄκρατον οἶνον Αἰγύπτιον καὶ δὸς ἴσον καὶ δίδου πίνειν νηστικῷ ἐπὶ ἡμέρας γ'.*

autem pro diverſis morborum cauſis efficientibus plures fore inveniendorum remediorum indicationes.

[*Pro dolore capitis a contuſione.*] Caput etenim etiam contundi accidit, interdum cum vulnere, interdum ſine vulnere contuſionem fieri, adeo ut ex his curationis ſcopi implicentur. Enimvero contuſioni propria remedia ſunt mitigantia, cujus generis ſunt aquae calidae affuſio et panniculus oleo inebriatus. At diviſioni niſi caſus aliquis conglutinari prohibeat, prius ſpongia vino madente deterſae ſideritim herbam alligabis. *Aliud.* Reſinam frictam ut cataplasma vulneri alligato. *Aliud.* Aloëm tritam et melli admixtam admove. *Aliud.* Terrae inteſtina conciſa ac trita impone. *Aliud.* Ulmi folia virentia contuſa ac trita applicato. Quin etiam ulmi cortex pro vinculo vulneri circumvolutus idem praeſtat.

[*Ad cataphoram.*] Coagulum hoedi conjice in meracum vinum Aegyptium, daque par pondus et exhibe potui jejuno per tres dies.

Ed. Chart. X. [577. 578.] Ed. Baſ. II. (473.)

[*Πρὸς τὰς ἐκ μέθης καὶ ἐγκαύσεως κεφαλαλγίας.*] *Ἐπεὶ δὲ τὰ περίαπτα ἔγραψεν ὁ Ἀρχιγένης τοῖς κεφαλαλγοῦσιν, οὐκ ἄτοπον ᾠήθην καὶ ταῦτα ἀναγράψαι πρὸς τὰς ἐκ μέθης καὶ ἐγκαύσεως κεφαλαλγίας, πολυγόνου δύο κλωνία πλέξας στεφάνωσον. ἄλλο. πολύγονον τρίψας μετὰ κορυφῆς γάλακτος καὶ ἀλείψας τὴν κεφαλὴν τῷ βάθει τῆς ἑσπέρας καὶ ἐπάνω λαγωοῦ δέρμα βαλὼν, ἕως πρωΐ, ἆρον τὸ δέρμα καὶ ἰαθήσῃ. ἄλλο. κιχώριον τὸ Ῥωμαϊστὶ λεγόμενον ἰντυβολάχανον, ἐπιτίθει τοῦ πάσχοντος τὴν κεφαλήν. ἄλλο. ῥόδινον στέφανον ἐπιτίθει τῇ κεφαλῇ, νέα ἄνθη ῥόδου ἐκ νεαρῶν ῥόδων. ἄλλο. καλλιτρίχῳ στέφε τὴν κεφαλὴν, ὃ τινὲς καλοῦσιν ἀδίαντον, ἔνιοι δὲ τριχομανές. ἄλλο. ἄκρως δὲ ἀπάλλασσειν τῆς κεφαλαλγίας φησὶν Ἀρχιγένης* [578] *περιστερεῶνα, ἣν τινες ἱερὰν βοτάνην καλοῦσι, καὶ στεφομένην καὶ καταχριομένην μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου. ἄλλο. χελώνης λιμναίας ἣν τινες ἀμύδα καλοῦσιν, αἷμα ἐπίσταζε ἐπὶ τὸ βρέγμα.*

Κεφ. β'. [*Περὶ εὐπορίστων πρὸς τὰ ἐκτὸς τῆς κε-*

[*Ad capitis dolores ex ebrietate et ſolis aeſtu.*] Quandoquidem Archigenes capitis doloribus amuleta ſcripſit, haud abſurdum duxi haec etiam ad capitis dolores ab ebrietate et ſolis aeſtu obortos adſcribere. Duos polygoni ramulos coronae inſtar connexos admove. *Aliud.* Polygono trito cum lactis cremore caput ſub veſperam inunge ac leporis pellem ſuperponito adusque auroram, tumque pellem tolle et ſanatus comperietur. *Aliud.* Cichorium Romane intybum olus dicitur, laborantis capiti impone. *Aliud.* Roſarum coronam capiti admove, ex recentibus roſarum floribus recenter factam. *Aliud.* Corona caput callitricho, quod quidam adiantum vocant, nonnullique trichomanes. *Aliud.* Summopere conferre capitis dolori narrat Archigenes verbenam, quam quidam herbam ſacram vocitant, tum coronae modo impoſitam tum ex aceto et roſaceo inunctam. *Aliud.* Teſtudinis lacuſtris, quam amyda quidam vocitant, ſanguinem inſtilla ſincipiti.

Cap. II. [*De parabilibus ad externos capitis affe-*

Ed. Chart. X. [578.] Ed. Baſ. II. (473.)

φαλῆς πάθη, καὶ πρῶτον πρὸς ῥεούσας τρίχας.] Λάδανον ἀποβρέχων οἴνῳ εὐώδει καὶ στύφῳ λαίου, παραχέων καὶ μύρσινον, καὶ γλοιῶδες ποιήσας κατάχριε. ἄλλο. κάρυα χλωρὰ, ἀκμάζειν ἀρξάμενα, θλάσας ῥ'. μίξας τε ἐλαίου ξέστας β'. στυπτηρίας ὑγρᾶς λίτρας γ'. καὶ βαλὼν εἰς σκεῦος καινὸν ὀστρακινὸν προβραχὲν, ὡς μὴ ἀναποθῆναι τὸ ἐμβληθὲν ὑγρὸν, ἐπιμελέστατα περίχρισον, καὶ καταθέμενος ἐν εὐαέρῳ οἴκῳ ἐπὶ ἡμέρας μ'. καὶ μετὰ τοῦτο ἀνελόμενος, χρῶ τῷ ἐλαίῳ. ἄλλο. λάδανον καὶ ἀψίνθιον καὶ ἀρκευθίδας λειώσας, εἰς ὀθόνην ἔνθησον, καὶ ἔμβαλε εἰς ἔλαιον καὶ μετὰ ἡμέρας ε'. χρῶ. ἢ μυρσίνης μελαίνης, ἢ κηκίδος μέρη β'. μετ' ἐλαίου. τὸ αὐτὸ δὲ πιτυρίασιν ἰᾶται. ἄλλο. λάδανον λειώσας μετὰ γλυκέος οἴνου γλοιῶδες ποιήσας χρῖε. ἄλλο. ἀνεμώνης τὸ ἄνθος λειώσας μετ' ἐλαίου κατάχριε, τὸ αὐτὸ καὶ μελαίνει. ἄλλο. περιστερεῶνα τὸ ὀρθὸν σὺν ταῖς ῥίζαις ξηράνας καὶ εὖ μάλα λειώσας μῖξον ἐλαίου, ὡς πάχος ἔχειν γλοιοῦ καὶ ἐάσας σαπῆναι κατάχριε.

ctus; primumque ad defluentes capillos.] Ladanum inebriatum vino odorato ac aſtringenti laevigato, affundens myrteum et lentitiam factam illine. *Aliud.* Recipe nuces virides adoleſcere incipientes conſractas centum, olei ſextarios ij, aluminis liquidi lib. iij, miſce ac injice in novum vas teſtaceum prius irrigatum, ne conjectum humorem combibat, quod poſtea accuratiſſime oblitum reponitur in domum ſalubris aëris diebus xl, et poſtea aufer et oleo utere. *Aliud.* Recipe ladanum et abſinthium et juniperi baccas, contere, linteoque illigata in oleum conjice et poſt dies v utitor. *Vel.* Recipe myrti nigrae, aut gallae partes ij, ex oleo. Id autem medetur etiam capitis furfuribus. *Aliud.* Ladanum laevigatum ex vino dulci lentitiam conſequutum illine. *Aliud.* Anemones florem laevigatum ex oleo illine, id quoque capillos denigrat. *Aliud.* Verbenam rectam cum radicibus deſiccatam, deinde exacte admodum laevigatam miſceto oleo, quoad luti craſſitiem conſequatur, finitoque putrefieri; illine.

Ed. Chart. X. [578.] Ed. Baf. II. (473.)

[*Περὶ πιτυριάσεως.*] *Προσμήξας τὴν κεφαλὴν σεύτλου χυλῷ καὶ τηλίνοις ἀλεύροις, καὶ νίτρῳ λείοις ἴσοις σμῆχε. ἄλλο. Κιμωλία γῆ ὄξει καὶ βοείᾳ χολῇ φυραθεῖσα, χρῖε. ἄλλο. ἀμυγδάλοις πικροῖς μετ' ὀξυκράτου ἀπόσμηχε. ἄλλο. ἀφρόνιτρον καὶ χάλκανθον ἴσα λειώσας μετ' οἴνου χρῶ. ἄλλο. βολβοῖς ὀπτοῖς καὶ νίτρῳ λείοις ἴσοις σμῆχε.*

[*Περὶ φθειριάσεως.*] *Σταφίδος ἀγρίας μέρη β'. σανδαράχης μέρος α'. νίτρου μέρος α'. σὺν ὄξει καὶ ἐλαίῳ ἄλειφε τὴν κεφαλήν. ἄλλο. στυπτηρίῳ σχιστῇ μετ' ἐλαίου χρῶ.*

[*Περὶ ἀχώρων καὶ κηρίων.*] *Ἀχῶρες συνίστανται περὶ τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ συμπτώματος, λεπτὰς γὰρ ἔχει κατατρήσεις, δι' ὧν ἀποῤῥέει ἰχὼρ γλίσχρος. ὅμοιον δ' αὐτῷ πάθος ἐστὶ καὶ τὸ καλούμενον κηρίον, τὰς κατατρήσεις μείζονας ἔχον, ὑγρὸν ἐχούσας μελιτῶδες· ἐστὶ δ' ἑκατέροις ἡ γένεσις ἐξ ὑγρότητος περιττωματικῆς. συμβαίνει δ' αὐτοῖς τὸ πρῶτον κνησμὸς, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ εἰς ὄγκον ἐπανάστασις. θεραπεία δὲ, μεγάλης οὔσης τῆς διαθέ-*

[*Pro capitis furfuribus.*] Praefricatum caput betae ſucco, ſoenigraeci farina et nitro aqua portione contritis deterge. *Aliud.* Terra Cimolia aceto et bubulo felle macerata, illinatur. *Aliud.* Amygdalis amaris cum oxycrato deterge. *Aliud.* Aphronitri et chalcanthi aequis portionibus tritis ex vino utere. *Aliud.* Bulbis coctis et cum nitro tritis aequis partibus deterge.

[*Pro capitis pediculis.*] Recipe ſtaphidos agreſtis partes ij, ſandarachae partem j, nitri partem j, ex aceto et oleo caput illine. *Aliud.* Alumine ſciſſili ex oleo utere.

[*Pro achoribus et favis.*] Achores manantia cutis capitis ulcera ſunt; ab ipſo autem ſymptomate nomen ducunt, tenuia ſiquidem foramina prae ſe ferunt, per quae lenta ſanies effluit. Similis ipſi affectus eſt favus appellatus, majora habens foramina melleum humorem continentia. Utriusque ortus ab excrementoſo humore ducitur. His autem accidit primum pruritus, poſtea etiam in tumorem eruptio. Curatio ſit, quum magnus eſt affectus,

Ed. Chart. X. [578. 579.] Ed. Baſ. II. (473.)

σεως προηγουμένη μὲν κάθαρσις τῶν καταποτίων διὰ σκαμμωνίας καὶ ἀλόης, καὶ κολοκυνθίδος, ἑκάστου δ' αὐτῶν ἴσον, λειωθέντα δὲ ἀναλαμβάνεται χυλῷ κράμβης, καὶ ἀναπλάσσεται καταπότια ὀρόβου μέγεθος ἔχοντα. δέδοται δὲ τοῖς ἰσχυροτέροις ἑπτακαίδεκα τῆς τελείας δόσεως, τοῖς ἄλλοις πρὸς ἀναλογίαν τοῦ σώματος. ἐπὶ δὲ τῶν μικρῶν διαθέσεων ἀρκεῖ καὶ τὰ τοπικὰ τῶν βοηθημάτων. ἔστι δὲ ταῦτα κιμωλία μετὰ ὄξους δριμυτάτου καταχριομένη. ἄλλο. κρήταν μετὰ ὄξους δριμυτάτου κατάχριε. ὁμοίως δὲ καὶ Σαμία γῆ καὶ πομφύλυξ. ἄλλο. λιθαργύρου [579] *καὶ χάρτης κεκαυμένης λύχνῳ, χρῶ μετ' ὄξους. ἐφ' ὧν μέντοι ἕλκωσίς ἐστιν ὀδυνώδης, ὕδατι ἀπαντλεῖν αὐτοὺς θερμῷ προσήκει ἑκάστης ἡμέρας, ἀφηψημένης ἐν αὐτῷ μυρσίνης, βάτου, συκαμίνου, ἢ ἀσπαράγου ῥίζης, καὶ κατάχριε. ἄλλο. ἰτέας φύλλοις μεθ' ὕδατος, ἢ φακῷ μετὰ μέλιτος, ἢ ἀσπαράγου ῥίζῃ ἑφθῇ ἀπόσμηχε, ἢ σεῦτλον χυλῷ ἔχοντι τήλινον ἄλευρον. φάρμακα δ' ἐπιτήδεια πίτυος φλοιὸς μετὰ κηρωτῆς, ἢ καδμεία μετ' ἐλαίου, ἢ λιθάργυρος, ἢ ψιμύθιον. σμήχειν δὲ ἐν βαλα-*

purgatio quae praecedat, catapotiis ex ſcamonio, aloë et colocynthide, ſingulorum pari pondere, contrita braſſicae ſucco excipiuntur, ac formantur in pilulas ervi magnitudinem aemulantes. Dantur autem robustioribus ſeptemdecim pro integra doſi; caeteris vero ad corporis analogiam. Sed in parvis affectibus topica remedia ſufficiunt. Haec autem ſunt cimolia ex acerrimo aceto illita. *Aliud.* Cretam cum aceto acerrimo illine. Similiter quoque Samia terra et pompholyx admoventur. *Aliud.* Lithargyri et chartae uſtae lychno ex aceto utere. At quibus ulceratio dolorem excitat, eos aqua calida quotidie ſovere convenit, in qua decocta ſit aut myrtus, aut rubus, aut morus, aut aſparagi radix, atque illine. *Aliud.* Salicis foliis ex aqua, aut lente ex melle, aut decocta aſparagi radice etiam deline, aut betae ſucco foenigraeci farina excepto. Idonea praeterea medicamenta ſunt pini cortex cum cera vel cadmia ex oleo, aut lithargyrus, aut ceruſſa. Proderit

Ed. Chart. X. [579.] Ed. Baſ. II. (473. 474.)

νείῳ τεῦτλον χυλῷ μετὰ κιμωλίας. δῆλον δὲ ὡς ἐπὶ τῶν ἀπαλοσάρκων γυναικῶν φυλάττεσθαι μὲν δεῖ τὸ ὄξος, οἴνῳ δὲ καταχρίειν τὰ φάρμακα.

(474) [*Περὶ ἀλωπεκίας καὶ ὀφιάσεως.*] Συμβαίνει διττὸν πάθος περὶ τὰς ἐν κεφαλῇ τρίχας, ὁτὲ μὲν ἔκλειψις αὐτῶν, ὁτὲ δὲ εἰς ἑτέραν χροιὰν μεταβολή. ἔκλειψις μὲν ἐν ταῖς φαλακρώσεσιν, ἑτεροχροία δὲ ἐν ταῖς ἀλωπεκίαις τε καὶ ὀφιάσεσιν, ἀπρεπεστάτη βλάβη τῶν τριχῶν. ἔστι δ' αὐτοῖς ἡ βλάβη παραπλησία τοῖς φυτοῖς. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνα παραπλησίαν τῷ τρέφοντι ὑγρῷ τὴν γένεσιν ἔχει· ὁμοίως δὲ ταῖς τριξὶν ἡ παθητικὴ κατασκευή. ὁτὲ μὲν ἐνδείᾳ τοῦ τρέφοντος ὑγροῦ ἀφαιρούμενα φθείρεται, ἢ ἀλλοτριώσει τὴν κατὰ φύσιν ὑπαλλάττει διάθεσιν. ἔστι δὲ ἀλωπεκία καὶ ὀφίασις ἑκάτεραι μὲν διαθέσεις παρὰ φύσιν τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἔχουσαι τῆς γενέσεως, κοινὴν δὲ καὶ τὴν ἴασιν, ὀνόμασι δὲ διαφόροις ὠνομασμέναι κατὰ τὸ σχῆμα. ἐπί τε γὰρ τῆς ὀφιάσεως παραπλήσιον ὄφει τὸ σχῆμα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φαίνεται, ἡ δ' ἀλωπεκία, ὡς φασιν, ὠνόμασται διὰ τὸ συνεχὲς ταῖς ἀλώπεξι συμβαίνειν τὴν διάθεσιν, ψίλωσιν

etiam abſtergere in balneo cimolia ex betae ſucco. Conſtat autem mollioris carnis mulieribus haec remedia non aceto, ſed vino illinenda.

[*Pro alopecia et ophiaſi, i. e. areis.*] Duplex affectio pilis capitis accidit, altera quidem eorum defectus, altera vero in alienum colorem mutatio. Defectus in calvitie, alienus color in alopecia et ophiaſi, quae inhoneſtiſſima eſt pilorum laeſio. Eſt autem ipſis et ſtirpibus laeſio conſimilis. Quemadmodum enim illae ſimilem nutrienti humido generationem habent; ſimiliter quoque capillis pathetica conſtitutio. Interdum enim illae nutrientis humoris penuria corrumpuntur et intereunt; aut alienatione eum qui ſecundum naturam eſt affectum immutant exuuntque. At alopecia et ophiaſis utraque affectiones praeter naturam ſunt, tum quae eandem cauſam ſortiuntur, tum communem curationem, diverſis ex figura nominibus appellatae. Etenim in ophiaſi perſimilis ſerpenti figura in

Ed. Chart. X. [579.] Ed. Baf. II. (474.)

οὖσαν τριχῶν, μετὰ τοῦ ἀναιμόχρουν φαίνεσθαι τὸν πεπονθότα τόπον. ἡμεῖς δὲ διὰ τί οὕτως ὠνόμασται οὐ πολυπραγμονοῦμεν. μοχθηρὸν δὲ πλῆθος ὑγρῶν αἴτιον τῆς γενέσεως εὑρόντες τῷ φυσικῷ λόγῳ ἑξῆς ἐπὶ τὰς θεραπείας χωρήσομεν. εἰσὶ δ' αὐτῷ διαφοραὶ πλείους κατὰ τὴν χρόαν. αἱ μὲν γὰρ λευκότεραι, αἱ δὲ ὠχρότεραι, ἕτεραι δὲ μελάντεραι. δῆλον δὲ ὡς κακοχυμίας ἐστὶν ἅπαντα ἔγγονα τοιαῦτα. αἱ μὲν οὖν λευκότεραι ὑπὸ τῆς τοῦ φλέγματος κακοχυμίας γίγνονται, καὶ ἰῶνται τοῖς φλεγμαγωγοῖς τῶν καθαρτηρίων καὶ τοῖς ἀποφλεγματισμοῖς, αἱ δὲ ὠχρότεραι τοῖς τὴν τοιαύτην καθαίρουσι χολὴν, αἱ δὲ μελάντεραι τοῖς τὸν μελαγχολικὸν καθαίρουσι χυμόν. χρὴ γὰρ πρὸ τῆς τοῦ πεπονθότος μορίου θεραπείας ἅπαν προκαθαίρειν τὸ σῶμα, ὡς μηκέτι ἐπιῤῥεῖν ἐξ αὐτοῦ τὴν κακοχυμίαν τῷ πεπονθότι μέρει, καὶ εἶθ' οὕτως ἑξῆς ἐπὶ τὸ πεπονθὸς μόριον παραγίγνεσθαι. ἔστι δὲ ἀποφλεγματικὰ μὲν πύρεθρον καὶ σταφὶς ἀγρία· θάτερον δ' αὐτῶν ἢ καὶ ἄμφω μετὰ μαστίχης

capite conſpicitur. Sed alopecia, ut afferunt, appellata eſt, quod haec affectio vulpibus frequenter accidat, quae pilorum eſt denudatio, qua locus affectus exanguis apparet. At nos cur ita nominata ſit curioſius non inquirimus, ſed pravam humorum multitudinem naturali ratiocinatione generationis cauſam indagatam ſortiti, deinceps ad curationes progrediemur. Sunt autem ipſarum differentiae colore plures. Aliae namque albidiores, aliae pallidiores, aliae nigriores. Liquet haec omnia vitioſi humoris eſſe propagines. Albidiores ſiquidem affectiones a vitioſa pituita fiunt et medicamentis pituitam purgantibus et apophlegmatismis curantur; pallidiores ipſam pallidam bilem purgantibus et nigriores melancholicum humorem purgantibus. Nam ante partis affectae curationem univerſum corpus purgandum eſt, ne poſtea ex ipſo in affectam partem pravus humor defluat, atque ita deinceps in partem affectam decumbat. Medicamenta autem e capite per os pituitam educentia ſunt pyrethrum et ſtaphis agria; ipſorum alterum aut etiam utrumque cum maſtiche mi-

Ed. Chart. X. [579. 580.] Ed. Baſ. II. (474.)

μαλασσόμενα καὶ ἅλας βωλικὸν μετὰ γλήχωνος, ἢ νᾶπυ λελειωμένον μετ' ὀξυμέλιτος καὶ διακρατούμενον ἐπὶ πλεῖον καὶ ἀναγαργαριζόμενον. ἰδίως μὲν οὖν ἕκαστον τῶν καθαρτηρίων φαρμάκων ἕλκει καὶ καθαίρει τὸν οἰκεῖον ἑαυτῷ χυμόν· τὰ μὲν φλέγμα, τὰ δὲ ξανθὴν, τὰ δὲ μέλαιναν χολήν. καὶ μακρὸν ἂν εἴη ἕκαστον κατ' εἶδος διεξιέναι, ἑτέρας ὄντα πραγματείας. κοινῶς δὲ ἐπί τε τῶν ἄλλων ἀλωπεκιῶν καὶ ὀφιάσεων ὠφελεῖν εἴωθε πρῶτα μὲν τὰ διὰ τῆς ἀλόης καταπότια· ἔχει δὲ ταῦτα κολοκυνθίδος ἐντεριώνης μέρος α'. ἀλόης τε καὶ σκαμμωνίας μέρη δύο, χυλοῦ ἀψινθίου μέρος α'. ἀναλάμβανε χυλῷ μήλων, δίδου πρὸς τὴν δύναμιν. μικρὸν δ' ἐπ' αὐτοῖς διαλείποντα ἡμερῶν που ζ'. χρῆσθαι τῇ ἱερᾷ τῇ διὰ κολοκυνθίδων· ἔστι δ' αὐτῆς ἡ σύνθεσις [580] ὧδε. ℔ κολοκυνθίδος ἐντεριώνου τοῦ ἐντὸς ἀπαλοῦ γο. ιστ'. χαμαιπίτυος γο. στ'. σχοίνου ἄνθος γο. στ'. κασσίας, κινναμώμου ἀνὰ γο. στ'. ναρδοστάχυος, σμύρνης ἀνὰ γο. δ'. κρόκου ἑξάγια ζ'. ὀποπάνακος γο. γ'. πεπέρεως μακροῦ καὶ μέλανος ἀνὰ γο. γ'. πρασίου, στοιχάδος, ἀνὰ γο. ζ'. γεντιανῆς, ἀγα-

ſticatur; et ſal gleboſum cum pulegio aut ſinapi contritum ex oxymelite et diutius ore contentum ac gargariſatum. Enimvero purgantium medicamentorum quodque proprie peculiarem ſibi humorem trahit educitque: illud pituitam, hoc flavam bilem, aliud atram bilem. Atque longum eſſet unum quodque ſigillatim recenſere, quum alterius id ſit inſtituti. At vulgo alopeciae et ophiaſi prodeſſe conſueverunt, primo pilulae ex aloë; hae vero recipiunt colocynthidis medullae partem j, aloes et ſcamonii partes duas, ſucci abſinthii partem j, excipe ſucco pomorum; dato pro viribus. Deinde paucis, ut ſeptem fere interjectis diebus, utendum hiera diacolocynthidi: ipſius autem compoſitio ita ſe habet. Recipe medullae interioris colcoynthidos fragilis unc. xvj, chamaepityos unc. vj, ſchoenanthi unc. vj, caſſiae, cinnamomi ana unc. vj, ſpicae nardi, myrrhae ana unc. iv, croci ſextulas vij, opopanacis unc. iij, piperis longi et nigri ana unc. iij, marrubii, ſtoechados ana unc. vij, gentianae, agarici

Ed. Chart. X. [580.] Ed. Baſ. II. (474.)
ρικοῦ, ἀνὰ γο. ε'. σαγαπηνοῦ γο. ι'. κοπτὰ, λεῖα μέλιτι Ἀττικῷ ἀναλάμβανε, καὶ δίδου καρύου Ποντικοῦ τὸ μέγεθος, εἰς ὕδωρ εἰ πυρέττοιεν, εἰ δὲ μὴ, μετὰ οἰνομέλιτος. ὁ μὲν οὖν κατ' ἀρχὰς τῆς θεραπείας τρόπος τοιόσδε, ἀρκῶν πολλάκις μόνος πρὸς θεραπείαν. ἐπὶ γὰρ τῶν χρονίων δυσίατον ἤδη γίγνεται τὸ πάθος καὶ τοπικῶν δεόμενον φαρμάκων· ὅταν οὖν, ὡς ἐνὶ μάλιστα καθάπερ προείρηται, ἀπέριττον ἐκ τῆς καθάρσεως ἅπαν γένηται τὸ σῶμα, τότε ἤδη θαῤῥοῦντα καὶ τῇ τοῦ βεβλαμμένου μέρους ἐγχειρεῖν θεραπείᾳ, τοῖς τοπικοῖς χρώμενον βοηθήμασι. ἔστι δ' ἅπαντα τῷ γένει θερμὰ καὶ διαφορητικά. ταύτῃ γὰρ τῇ δυνάμει καὶ τὴν κακοχυμίαν κενοῦντα διαφορεῖν πέφυκεν. ἔστι δὲ τάδε, θαψίας χυλὸς μετὰ κηρωτῆς καταχριόμενος. ἄλλο. εὐφόρβιον λεῖον μετὰ ἐλαίου καταχριόμενον. ἄλλο. θεῖον ἄπυρον καὶ νίτρον Ἀλεξανδρινὸν σκευάσας ὄξει κατάχριε. ἄλλο. δάφνινον ἀλειφόμενον, καρδάμου σπέρμα μετ' ἐλαίου. ἄλλο. εὐζώμου σπέρμα λειώσας μετὰ στέατος ἀρνείου κατάχριε. ἄλλο. ἀλκυόνιον τραχὺ καύσας καὶ λειώσας ὄξει, ἢ κεδρίᾳ,

ana uno. v, ſagapeni unc. x, tuſa, trita melle Attico excipe, ac nucis Ponticae magnitudine exhibe, in aqua, ſi febricitent; ſi non, in vino mulſo. Per *morbi* initia haec curandi ratio plerumque ſola ſatis eſt ad perfectam curationem; nam diuturnitate curatu jam difficilis affectus redditur, topicisque medicamentis opus habet. Quum igitur, ut ſemel potiſſimum ante dictum eſt, purgatione fuerit jam corpus univerſum vacuum excrementis, tum jam audacter partis affectae curationem aggredieris topicorum remediorum uſu. Sunt autem omnia genere calida et diſcutientia, hac enim facultate cacochymiam tum vacuant tum diſcutiunt; cujusmodi ſunt quae ſequuntur; thapſiae ſuccus cum cerato illitus. *Aliud.* Euphorbium detritum ex oleo inunctum. *Aliud.* Sulphur vivum et nitrum Alexandrinum praeparata ex aceto illine. *Aliud.* Laurinum illitum; cardami ſemen ex oleo. *Aliud.* Erucae ſemen tritum cum ſevo agnino illine. *Aliud.* Alcyonium aſperum uſtum ac laevigatum ex aceto, aut cedrino liquore

Ed. Chart. X. [580.] Ed. Baſ. II. (474.)

κατάχριε. ἄλλο. καλάμου ῥίζαν, ἢ φλοιὸν καύσας μετὰ κέδρου χρῶ, ἢ μετὰ ὑγροπίσσης. ἄλλο. μυῶν κόπρον λειώσας ὄξει κατάχριε. ἄλλο. ἀμύγδαλα ὁλόκληρα καύσας, κατάβρεχε ὄξει δριμεῖ. ἄλλο. ἐχίνου χερσαίου τὸ δέρμα μετὰ τῆς κεφαλῆς κατάκαυσον, καὶ λειώσας μέλιτι κατάχριε. ἄλλο. κρομμύῳ παλαιῷ συνεχῶς ἀπότριβε τὸν τόπον, ὀθόνῃ προανατρίψας, ἕως οὗ ἐρυθρὸν γένηται. ἄλλο. ῥαφάνου φλοιὸν λειώσας μετὰ μέλιτος κατάχριε. ἄλλο. σιδήρῃ στομώματος λεπίδα ὀξελαίῳ τρίψας ἄλειφε, ἕως οὗ ἐρυθρὸν γένηται. ἄλλο. κριθῶν κεκαυμένων καὶ μυοχόδων ἴσον μετὰ ὄξους κατάχριε. ἁπάντων δὲ τῶν εἰρημένων φαρμάκων, τῶν μὲν θερμοτάτων ὄντων, τῶν δ' ἀσθενεστέραν ἐχόντων τὴν θερμασίαν, δῆλον ὡς τοῖς μὲν ἰσχυροῖς φαρμάκοις ἐπὶ σκληρῶν σωμάτων καὶ τῶν κεχρονισμένων διαθέσεων χρηστέον, τοῖς δ' ἀσθενεστέροις ἐπί τε προσφάτων διαθέσεων καὶ παίδων καὶ γυναικῶν καὶ μαλακωτέρων. κοινὸς ἔστω ὁ τοιόσδε λόγος ἐπὶ πάντων βοηθημάτων. προανατρίβειν χρὴ τὸ πεπονθὸς

illine. *Aliud.* Calami radix uſta, aut cortex uſtus ex oleo cedrino, aut pice liquida delinitur. *Aliud.* Murium ſtercus contritum ex aceto inunge. *Aliud.* Integra amygdala uſta acri aceto imbue. *Aliud.* Erinacei terreſtris pellem cum ipſius capite toſtam et in pulverem tuſam ex melle inunge. *Aliud.* Caepam vetuſtam affecto loco, ſed praefricato panno lineo, donec rubescat, frequenter infrica. *Aliud.* Raphani corticem contritum ex melle illinito. *Aliud.* Laevigatam ferri ſquamam ex oleo et aceto tritam inducito, infricans donec locus rubescat. *Aliud.* Hordeum toſtum et mucerdam aequali pondere ex aceto illine. Quum autem omnium dictorum medicamentorum quaedam calidiora ſint, quaedam vero imbecilliorem calorem ſortiantur, manifeſtum eſt validis medicamentis in duris corporibus et inveteratis affectibus utendum eſſe, imbecillioribus vero tum in recentibus affectibus, tum in pueris, mulieribus et molliori carne donatis. Eſto id commune praeceptum in omnibus remediis. Praefricanda eſt

Ed. Chart. X. [580. 581.] Ed. Baf. II. (474.)

μέρος ὀθόνῃ μήτ' ἄγαν σκληρῶς, ὡς ἀναδέρεσθαι τὰ σώματα, μήτ' ἄγαν μαλακῶς, ὑπὲρ τοῦ ἐρυθραίνεσθαι συμμέτρως πρὸ τῆς χρήσεως τῶν φαρμάκων. χρὴ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ δέρμα ξυρᾶν συνεχῶς· εἰ δέ ποτε ἑλκωθείη τὸ μέρος ὑπὸ τῶν φαρμάκων, ἰᾶσθαι χοιρείῳ στέατι ἢ χηνείῳ ὑπαλείφοντα, ἢ ῥοδίνῳ.

Κεφ. γ'. [*Πρὸς τὰ τῶν ὤτων πάθη, καὶ πρῶτον πρὸς τὰς ὠταλγίας.*] Ὤτων πονοι γίνονται κατὰ ψύχωσιν ὑπὸ ἀνέμων ψυχρῶν, ἢ λουτροῦ ψυχροῦ, καὶ ὑδάτων φαρμακωδῶν εἰσρυέντων, ἢ διὰ φλεγμονὴν, ποτὲ μὲν αὐτοῦ μόνου [581] κατὰ τὸν πόρον τοῦ δέρματος, ποτὲ δὲ καὶ διὰ βάθους τοῦ ἀκουστικοῦ πόρου ἢ μέρους φλεγμήναντος καὶ διατείναντος τὰ μόρια, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ διὰ πνεύματος φυσώδους οὐκ ἔχοντας διέξοδον ὀδυνηρὸν γίνεται. ὀδυνῶσι δὲ καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὠσὶ διά τινα πρόφασιν γεννηθέντες ἰχῶρες. τὰς μὲν οὖν ἀπὸ ψύξεως μόνης γινομένας ὀδύνας τὰ θερμαίνοντα θεραπεύει τάχιστα· ἔστι δὲ ταῦτα κρόμμυον ἐλαίῳ ζέσας ἔγχει τοῖς ὠσίν. ἄλλο. πέπερι εὖ μάλα

pars affecta panno lineo, neque adeo aſpere, ut corpora excorientur, neque adeo leniter, ut non mediocriter rubescant ante medicamentorum localium uſum. Cutis autem ipſa frequenter radenda eſt; quod ſi pars interdum his medicamentis ulceretur, aut ſuillo adipe aut anſerino, aut roſaceo illinenda.

Cap. III. [*Ad aurium affectus, ac primum ad aurium dolores.*] Dolores aurium oboriuntur a frigoribus, a ventis frigidis, aut balneo frigido et aquis medicatis in aurem incidentibus; aut propter inflammationem, interdum ipſius ſolius meatus auditorii cute, interdum una auditorii meatus parte inflammata atque partes diſtendente proximas; interdum etiam a ſpiritu flatulento exitum non habente dolor accidit. Dolores etiam efficit in ipſis auribus quavis occaſione procreata ſanies. Itaque dolores a ſolo frigore obortos celerrime curant caleſacientia. Sunt autem haec. Caepam in oleo elixatam in aures infunde. *Aliud.* Piper curioſe admodum tritum ex oleo.

Ed. Chart. X. [581.] Ed. Baſ. II. (474. 475.)

λελειωμένον μετ' ἐλαίου. ἄλλο. νάρδος ἐγχεομένη θερμη. ἄλλο. πήγανον ἐνεψημένον ἐλαίῳ.

[*Πρὸς τὰς ἐκ τῶν ὑδάτων βλάβας τῶν ὤτων.*] Ἔλαιον ἐγχέων συνεχῶς θερμὸν δι' ἐρίου μαλακοῦ σπόγγιζε, εἶτ' αὖθις ἔγχει. ἄλλο. ὠοῦ τὸ λευκὸν, ᾧ καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμίας χρώμεθα, ἢ γάλα γυναικεῖον χλιάνας χρῶ. ἄλλο. στέαρ χήνειον, ἢ ἀλωπέκειον, ἢ ὀρνίθειον.

[*Πρὸς τὰς ἐν ὠσὶ φλεγμονάς.*] Νάρδος μετὰ βασιλικοῦ φαρμάκου ἐγχεομένη· εἰ δ' ἀνύποιστος εἴη ὀδυνη, καστόριον γάλακτι γυναικείῳ, ἢ ὠοῦ τὸ λευκὸν χλιάνας χρῶ. ἄλλο. ὅπιον ἐλάχιστον μετὰ ἐψήματος. οὐ χρὴ δὲ ἐνοχλεῖν τῷ πόρῳ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὀδύνης, ἀλλὰ καὶ διὰ μηλωτίδος περικείμενον ἐχούσης ἔριον μαλακὸν ἐκμάσσειν· καὶ πυριᾷν δὲ σπόγγοις τρυφεροῖς ἐν ὕδατι (475) ἡψημένην ἔχοντι ἀλθαίαν, ἣν καὶ δενδρομαλάχην καλοῦσιν, ἢ πιτύροις ἐλαφροῖς. εἰ δὲ φυσῶδες εἴη τὸ ἀπολειφθὲν, καὶ ἔμφραξις μᾶλλον ἢ

Aliud. Nardinum calidum auri infuſum. *Aliud.* Ruta in oleo decocta.

[*Ad aurium dolores ex aqua.*] Oleum frequenter infunde calidum, ac molli lana detergendo exuge et iterum atque iterum infunde. *Aliud.* Ovi albo, quo etiam ad oculorum inflammationes utimur, aut lacte muliebri tepido utere. *Aliud.* Adeps anſerinus, aut vulpinus, aut gallinaceus.

[*Ad aurium inflammationes.*] Nardus cum baſilico medicamento infuſa. Quod ſi intolerabilis ſit dolor, caſtorio ex lacte muliebri, aut ovi albo tepido utere. *Aliud.* Exigua opii portio cum ſapa. Cave vero ne auditorio meatui noxa inferatur pro doloris occaſione; ſed is ſpecillo molli lana circumvoluto extergendus; atque fovenda eſt auris ſpongiis mollibus ex aqua cui incocta ſit althaea, quam arboreſcentem malvam vocitant; aut furfuribus lenibus. Quod ſi quod incluſum eſt flatulentum fuerit et obſtructio magis quam dolor obſideat, aphronitro ex ace-

Ed. Chart. X. [581.] Ed. Baſ. II. (475.)

πόνος, ἀφρονίτρῳ μετ' ὄξους χρῶ, ἢ δρακοντίου βοτάνης χυλῷ, ἢ κενταυρίου, ἢ πολίου.

[*Περὶ πυρώσεως τῶν ὤτων.*] Ἐν δὲ ταῖς ἀρχαῖς πυρώδους αἰσθήσεως περὶ τὸν ἀκουστικὸν πόρον γινομένης, χωρὶς σφυγματώδους ὀδύνης, ὄξος μετὰ ῥοδίνου ὠφελεῖν εἴωθεν.

[*Περὶ τῶν ἐν τοῖς ὠσὶ ἑλκῶν.*] Γλαύκιον μετ' ὄξους ἀποτρίψας ἔγχει. εἰ δὲ ὑγρὰ πάμπολλα φέροιτο χωρὶς πόνων, σκωρίαν σιδήρου ὄξει λειώσας ἐπιμελῶς ἐν ἡλίῳ χρῶ.

[*Πρὸς δυσηκοίας καὶ ἤχους.*] Ἐπὶ τῶν ἐξαίφνης ἤχων ὄξος μετὰ ναρδίνου ἔγχει. ἄλλο. κύμινον καὶ ἔλαιον ὡς μέλιτος πάχος ποιήσας ἔγχει. ἐπὶ δὲ τῶν ἐκ νόσου ἤχων ἀψινθίου ἀφεψήματι πυρίασας τὸ ὄξος καὶ τὸ ῥόδινον ἔγχει, ἢ ῥαφάνου χυλὸν μετὰ ῥοδίνου, ἢ ἑλλέβορον μέλαν μετ' ὄξους, ἢ ὄξος δριμὺ καθ' ἑαυτὸ χλιαίνων ἔνσταζε, ἢ μέλι καθ' ἑαυτό, ἢ ὀξύμελι, ἢ ὀξέλαιον. ἄλλο. πράσου χυλὸν μετὰ γάλακτος γυναικείου ἢ ῥοδίνου ἐγχυμάτιζε. ἄλλο. ἀμυγδάλων

to utitor, aut dracontii herbae ſucco, aut centaurii, aut polii.

[*Pro aurium incendio.*] Per initia ignei ardoris in auditorio meatu oborto ſenſu citra pulſatorium dolorem, hunc acetum cum roſaceo juvare conſuevit.

[*Pro aurium ulceribus.*] Glaucium ex aceto contritum inſtillato. Quod ſi permulta ab his defluat humiditas citra dolores, ſcoriam ferri ex aceto accurate laevigato in ſole utitor.

[*Ad gravem auditum et iteratos aurium ſonitus.*] Ad aurium ſonitus repente obortos acetum cum nardino infunde. *Aliud.* Cuminum et oleum ceu mellis craſſitudinem adepta infunde. Ad ſibilos morbi reliquias ex abſinthii decocto facto ſotu, acetum et roſaceum inſtilla; aut raphani ſuccum cum roſaceo, aut veratrum nigrum cum aceto; vel acetum acre per ſe inſtilla tepidum; aut mel per ſe; aut aqua mulſa; aut oxelaeum. *Aliud.* Porri ſuccum cum lacte muliebri aut roſaceo inſtilla. *Aliud.* Amygdarum amararum oleum oleo

Ed. Chart. X. [581. 582.] Ed. Baf. II. (475.)

πικρῶν ἔλαιον μίξας ἐλαίῳ ἔμβαλε εἰς φλοιὸν κρομμύου, καὶ χλιάνας ἔνσταζε. ἄλλο. κρόμμυον καὶ σκόροδον καὶ στέαρ χήνειον ἴσα τρίψας καὶ διηθήσας ἔγχει. ἄλλο. φακοῦ ἀφέψημα μετὰ μέλιτος ἔγχει. ἄλλο. μυρσίνην ἀφηψημένην ἐν οἴνῳ γλυκεῖ ἔνσταζε, ἢ ἐλαίας φύλλα χυλώσας καὶ μέλιτι μίξας συνέψησον καὶ τούτῳ χρῶ. ἄλλο. κρομμύων χυλίσματα μετὰ μέλιτος χρῶ. ἄλλο. κάρδαμον τρίψας ῥοδίνῳ διεὶς χρῶ. ἢ ἔντερα γῆς ἑψήσας τῷ ἰχῶρι ἐγχυμάτιζε.

[*Πρὸς δυσηκοΐας.*] *Χρῶ μὲν περὶ τὰς ἀρχὰς ἀποφλεγματισμῷ διὰ πυρέθρου καὶ μαστίχης, καὶ τὴν γαστέρα ὕπαγε διὰ τῆς κολυκινθίδος καταποτίοις. εἰς αὐτὸ δὲ τὸ οὖς* [582] *χρῶ πυρίᾳ διὰ καλάμου, ἀψίνθιον μετὰ ὕδατος ἑψήσας χρῶ. κλύζε δὲ μετὰ τὴν πυρίαν τὸ οὖς ὄξει λευκῷ καὶ ὕδατι ἴσοις, ἐμβληθέντος νίτρου συμβρασθέντος. ἄλλο. δάφνης φύλλα, ἢ δαφνίδας ὁμοίως ἑψήσας χρῶ.*

[*Ἐγχύματα εἰς τὰ ὦτα.*] *Πράσου χυλὸν καὶ ἴρινον μύρον μίξας ἐγχυμάτιζε. ἄλλο. χολὴν βοείαν, ἢ αἰγείαν*

miſceto, ac in caepae corticem injice, ac tepefactum inſtilla. *Aliud.* Caepam, allium et adipem anſerinum aequa portione trita et colata infundito. *Aliud.* Lentis decoctum cum melle infunde. *Aliud.* Myrtinum decoctum ex vino dulci immittito. *Vel.* Expreſſum ex olivae foliis ſuccum et melli mixtum incoque ac eo utere. Caeparum ſucco expreſſo cum melle utere. *Aliud.* Naſturtium tritum roſaceo diſſolve ac utere. *Vel.* Inteſtina terrae ichori incoque et inſtilla.

[*Ad gravem auditum ſeu audiendi difficultatem.*] Per initia ventrem pilulis ex colocynthide ſubducito, deinde apophlegmatismo utere ex pyrethro et maſtiche. Ad ipſam autem aurem ſotu utere per calamum, abſinthio ex aqua decocto utere. Poſt fotum vero aurem elue aceto albo et aqua pari menſura, injecto nitro ſimul ferveſacto. *Aliud.* Lauri foliis vel baccis ſimiliter coctis utitor.

[*Inſtillationes in aures.*] Porri ſuccum et irinum unguentum mixta inſtillato. *Aliud.* Fel bubulum vel ca-

Ed. Chart. X. [582.] Ed. Baſ. II. (475.)

μετὰ ῥοδίνου μίξας ἔνσταζε. ἄλλο. φλοιοῦ τοῦ ῥαφάνου τὸν χυλὸν σὺν τῷ ῥοδίνῳ λεάνας ἔνσταζε.

[*Πρὸς τοὺς ἐν ὠσὶ σκώληκας.*] Ἐφ' ὧν δὲ σκώληκές εἰσι, βοείου κρέατος παρωπτημένου τὸν ἰχῶρα λαβὼν ἔνσταζε, ἢ ἀριστολοχίαν λειώσας ἔμπλαττε· ἢ καλαμίνθην ἔνσταζε, ἢ βάτου χυλόν. ὁμοίως δὲ καὶ ἀψινθίου χυλὸν ἔνσταζε.

[*Περὶ παρωτίδων.*] Αἱ ἐκ νόσων συμβαίνουσαι παρωτίδες διαφέρουσι τῶν ἄλλως γινομένων φλεγμονῶν· διάφορον δὲ καὶ τὴν θεραπείαν ἀπαιτοῦσιν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν διὰ ῥεύματος ἐπιφορὰν γιγνομένων, εἰ μήτε πολὺ εἴη τὸ ἐπιῤῥέον, μήτε κακόηθες, μήτε πληθωρικοῦ τοῦ ὅλου σώματος ὑπάρχοντος, σπόγγος μόνος ἐπιτεθεὶς ὀξυκράτῳ καταστέλλει τὰς ἀρχομένας φλεγμονάς. ἐπὶ δὲ τῶν παρωτίδων τῶν ἄλλου νοσήματος ἐκγόνων πᾶν τοὐναντίον ἐργαζόμεθα, φαρμάκοις ἑλκτικοῖς χρώμενοι καὶ σικύαν προσφέροντες. βουλόμεθα γὰρ ἐκ τοῦ βάθους ἐπὶ τὸ δέρμα τὸν λυποῦντα χυμὸν ἐπισπάσασθαι. ὅταν μέντοι σφοδρὰν ὁρμὴν ἐξ ἑαυτοῦ ἔχῃ τὸ ἐπιῤῥ-

prinum cum roſaceo mixtum inſtillato. *Aliud.* Corticis raphani ſuccum ex roſaceo ſubigendo impone.

[*Ad aurium vermes.*] In quibus autem ſunt vermes, bubulae carnis inter aſſandum defluentem liquorem inſtilla. *Vel.* Ariſtolochiam tritam ceu emplaſtrum admove. *Aut.* Calaminthem inſtilla, vel rubi ſuccum. Eodem modo abſinthii ſuccum inſtilla.

[*Pro parotidibus.*] Quae ex morbis oriuntur parotides ab inflammationibus alio modo procreatis differunt, proinde diverſam etiam curationem poſtulant. In iis enim quae ob defluxionis decubitum nascuntur, ſi neque copioſus qui defluit humor fuerit, neque malignus; etiam ſi neque totum corpus plethoricum exiſtat, ſola ſpongia ex poſca impoſita incipientes inflammationes ſiſtit. In parotidibus autem ex alio morbo productis contrarium molimur, attrahentibus utentes *remediis* etiam cucurbitulam admovemus. Volumus enim ab alto ad cutim noxium humorem attrahere. Quum tamen vehementem ex ſe impetum de-

Ed. Chart. X. [562.] Ed. Baſ. II. (475.)

ῥέον, οὐδὲν ἡμεῖς τηνικαῦτα προσπεριεργαζόμεθα τῇ φύσει. ἐν τούτῳ γὰρ, ἐὰν ἤτοι σικύαν ἢ φάρμακον ἕλκον ἐκ τοῦ βάθους ἐπὶ τὸ δέρμα τοὺς χυμοὺς ἐπενέγκωμεν, ὀδύνη σφοδρὰ καταλαμβάνει τὸν ἄνθρωπον, ὡς δι' αὐτὴν ἀγρυπνίας τε γίνεσθαι καὶ πυρετοὺς ἐπιγίνεσθαι καὶ τὴν δύναμιν καταλύεσθαι. παρηγορεῖν οὖν τηνικαῦτα μᾶλλον, οὐ συμπράττειν τῇ ῥυπῇ τῶν χυμῶν προσήκει, καταπλάσμασι χρωμένους παρηγορητικωτάτοις· ἔστι δὲ τάδε.

[*Πρὸς ἐπωδύνους παρωτίδας.*] Ἄρτον μετ' ἐλαίου κατάπλασσε. ἄλλο. πύρινον ἄλευρον μετ' ἐλαίου κατάπλασσε. ἄλλο. κρίθινον ἄλευρον μετὰ ἀξουγγίου κατάπλασσε. ἄλλο. ὑοσκύαμον βοτάνην μετὰ βουτύρου κατάπλασσε. ἐὰν δὲ ἐκπυήσωσι, διὰ τομῆς ἐκκρῖναι χρὴ τὸ πῦον, καὶ ἰᾶσθαι τὸ ἕλκος κοινῶς, ἢ πειρᾶσθαι διαφορεῖν αὐτὸ φαρμάκοις ἑλκτικήν τε ἅμα καὶ λεπτομερῆ δύναμιν ἔχουσιν, ἀφαιροῦντας δὶς τῆς ἡμέρας αὐτὰ, καὶ πυριᾷν, μέχρις ἂν ἐνδῶσιν αἱ ὀδύναι. ἔστι δὲ παυσαμένης τῆς ὀδύνης διαφορητικὰ τάδε.

fluens humor habet, tum nihil eorum nos molimur quod naturae opituletur. Tunc enim ſi aut cucurbitulam, aut medicamentum quod ex alto ad cutim humores attrahat admoverimus, dolor adeo ingens hominem prehendit, ut eo et vigiliae concitentur et febres ſuccedant et vires proſternantur. Proinde hic lenientibus potiſſimum medicamentis opus eſt, non iis quae humorum fluxum juvant; cataplasmatis, inquam, utendum eſt, maxime lenientibus, quae ſubſequuntur.

[*Ad dolorem inferentes parotidas.*] Panem cum oleo ad formam cataplaſmatis admove. *Aliud.* Triticeam farinam cum oleo cataplasma admove. *Aliud.* Ex hordeacea farina et axungia cataplasma admove. *Aliud.* Hyoscyamum herbam cum butyro admove. Quod ſi ſuppurent parotides, inciſione pus excernendum eſt et ulcus vulgari methodo curandum, aut medicamentis ipſum diſcutere tentandum, attrahendi ſimulque attenuandi facultate praeditis, iisque bis diebus ſingulis renovandis; atque foven-

Ed. Chart. X. [582. 583.] Ed. Baſ. II. (475.)

ἀρνογλώσσῳ λείῳ μεθ' ἁλῶν κατάπλασσε, ἢ λαπάθου ῥίζης ἡψημένης ἐν οἴνῳ, ἢ θείῳ ἀπύρῳ καὶ κιμωλίᾳ μετ' ὄξους, ἢ σύκων ἐν ἅλμῃ ἡψημένων καὶ ἐπιτιθεμένων λείων, ἢ πράσιον μεθ' ἁλῶν· ἢ ἅλας λεῖον μετὰ βουτύρου οἰσυπηρῷ ἐρίῳ ἐπιθέντος, μάλιστα πρὸς τὰς ἀρχομένας παρωτίδας, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀπαλοσάρκων· ἐπὶ δὲ τῶν ἀνωδύνων καὶ ἐσκιῤῥωμένων κόπρος αἰγεία μετ' ὄξους καταπλασσομένη. ἐφ' ὧν μέντοι ἐκπυῆσαι ταχέως βουλόμεθα, ἀπαντλήσομεν ὕδατι θερμῷ συνεχῶς καὶ κριθίνοις ἀλεύροις καταπλάσομεν.

[583] *Κεφ. δ'. [Περὶ τῶν ἐν τῇ ῥινὶ παθῶν, καὶ πρῶτον ὀζαινῶν καὶ πολυπόδων.]* Ῥινῶν θεραπεία κοινὴ ὀζαινῶν πολύπων. ξηρᾶναι πρῶτον καὶ ῥῶσαι τὴν κεφαλὴν, ἐπιτιθέντας ἢ τὴν δι' ἰτεῶν, ἢ ἀνεμωνίτην, ἢ τὴν διὰ κοχλιῶν. ἡ δὲ σύνθεσίς ἐστιν ἥδε. ℞ σμύρνης γο. α'. λιβάνου γο. ά. κοχλίας ὁλοκλήρους β'. ὠῶν τὰ λευκὰ β'. ὁλμοκοπήσας μίξας ἅπαντα κατάχριε, ἐντιθεὶς ὀθόνῃ ἐπὶ ἡμέρας θ'.

dum, quoad ſedentur dolores. At ſedato dolore haec discutientia aderunt. Ex arnogloſſo contuſo cum ſale fac cataplasma. *Vel.* Cocta rumicis radix ex vino admoveatur. *Vel.* Sulphur vivum et cimolia cum aceto fici in muria cocti, ſubacti, impoſiti. *Vel.* Marrubium cum ſale. *Vel.* Sal tritum cum butyro ſuccida lana admotum maxime ad incipientes parotidas, potiſſimumque in tenera carne donatis. In *parotidibus* vero dolore carentibus et induratis ſtercus caprinum cum aceto admotum. Sed certe in quibus celeriter pus movere volumus, parotidas aqua calida fovebimus et farina hordeacea oblinemus.

Cap. IV. [*Ad narium affectiones, primumque ad ozaenam et polypum.*] Narium affectarum curatio ozaenis et polypis communis. Primo exiceandum roborandumque caput eſt impoſitis emplaſtris vel de ſalicibus, vel de anemonite, vel barbaro, vel de limacibus, cujus haec eſt compoſitio. Recipe myrrhae unc. j, thuris unc. j, limaces integros ij, ovorum alba ij, omnia contuſa in pila mi-

Ed. Chart. X. [583.] Ed. Baſ. II. (475.)

καὶ οὕτως τοῖς τοπικοῖς χρῶ. ἔστι δὲ τάδε. καλαμίνθης χυλῷ ἐγχυμάτιζε. ἢ αὐτὴν ξηράνας τὴν καλαμίνθην ἐμφύσα διὰ καλάμου. ἄλλο. βατραχείῳ χυλῷ μετὰ μέλιτος ἐγχυμάτιζε εἰς τὴν ῥῖνα ὕπτιον κατακλίνας καὶ κέλευε ἀνασπᾶν. ἄλλο. ῥοιᾶς χυλὸν ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ ἑψήσας, ἕα παχυνθῆναι, εἶτα ἐγχυμάτιζε. ἄλλο. κηκίδας καὶ σμύρναν ἴσα κόψας προσφύσα.

[*Περὶ πολύπων.*] 2ℓ *Χαλκάνθου κεκαυμένου λίτρας δ'. μίλτου γο. α'. λεάνας ἐμφύσα διὰ καλάμου. ἄλλο. βρυωνίας ῥίζης κεκαυμένης ἐμφύσα. ἄλλο. χαλκάνθου καὶ σανδαράχης ἴσα, λεῖα ἐμφύσα. ἄλλο. κέρατος ἐλαφείου κεκαυμένου καὶ σανδαράχης ἐμφύσα. ἄλλο. μόλυβδον κατακαύσας, καὶ οἴνῳ ἀναλαβὼν κατάχριε. ἄλλο. ῥοιᾶς ὀξείας χυλὸν ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ βαλὼν, ἑψήσας, ὡς μέλιτος πάχος ἔχῃ, καὶ διάχριε. ἄλλο. ἀρσενικὸν τρίψας μήλῃ προσάπτου. ἄλλο. ἀρσενικὸν καὶ ἄσβεστον ἴσα λειώσας πρόσαπτε.*

[*Περὶ τῆς ἐκ ῥινῶν αἱμορῥαγίας.*] *Τοὺς θρόμβους*

ſceantur, linteo excepta per dies ix, admove. Sicque topicis utitor. Haec autem ſunt. Calaminthes ſuccus naribus infuſus. Vel ipſam arefactam ac tritam calaminthem calamo inſpira. *Aliud.* Ranunculi ſuccum cum melle ſupine jacentis naribus infunde et ut attrahat praecipe. *Aliud.* Mali punici ſuccum aereo vaſe decoquito, quoad craſſeſcat, deinde naribus infundito. *Aliud.* Gallas ac myrrham pari portione conterito ac inſpirato.

[*Ad polypos.*] Recipe chalcanthi uſti lib. iv, minii unc. j, trita calamo inſpira. *Aliud.* Recipe bryoniae radicis uſtae pulverem, inſpira. *Aliud.* Recipe chalcanthi et ſandarachae paria, trita inſpira. *Aliud* Recipe cornucervi uſti et ſandaraches par pondus, inflato. *Aliud.* Plumbum uſtum et vino exceptum illine. *Aliud.* Recipe acidi mali punici ſuccum, in aereo vaſe coquito, ut mellis conſiſtentiam ſortiatur et illinito. *Aliud.* Arſenicum tritum ſtillo applicato. *Aliud.* Arſenicum et calcem pari pondere trita applicato.

[*Ad ſanguinis e naribus profluvia.*] Grumos prius

Ed. Chart. X. [583.] Ed. Baſ. II. (475. 476.)

πρότερον ἐκκαθάρας τοῦ στόματος μηλωτῇ ἔριον ἐχούσῃ βεβρεγμένον ὕδατι, οὕτως λύκιον ἀναλύσας, ὕδατι διάβρεχε, καὶ στρεπτὸν ποιήσας δι' ὀθόνης καὶ βρέξας λυκίῳ διασαφήνου. ἄλλο. στρεπτὸν καύσας ἐναπόσβεσον χυλῷ πολυγόνου ἢ πράσου καὶ θὲς εἰς τὸν μυκτῆρα. ἄλλο. ὄξος δριμύτατον ζέσας καὶ ἀποβρέξας σπόγγον, διασαφήνου τοὺς μυκτῆρας, ἵνα δὲ εὐχερῶς ἔχῃς ἐξέλκειν τὸν σπόγγον, ὅτε βούλει, λίνῳ ἀπόδησον, ὡς ἀπηρτῆσθαι τοῦ μυκτῆρος. ψῦχε δὲ τὸ μέτωπον σπόγγοις καὶ μετέωρον ἔχειν τὴν κεφαλὴν κέλευε. διαδέσμει δὲ χεῖρας καὶ (476) πόδας καὶ ὦτα ἔμφραττε. ἄλλο. γύψῳ ἢ πηλῷ κεραμικῷ τὸ μέτωπον κατάχριε. ἄλλο. σικύαν σφοδρὰν ἐὰν μὲν ἀπὸ δεξιοῦ μυκτῆρος φέρηται, τῷ ἥπατι πρόσβαλε, ἐὰν δ' ἀπὸ ἀριστεροῦ τῷ σπληνί, ἐὰν δ' ἀπὸ ἀμφοτέρων, εἰς ἑκάτερα πρόσβαλε.

[*Πρὸς τὰς ἀπὸ μυκτήρων αἱμορῥαγίας.*] *Πύρινα ἄλευρα χυλῷ πράσου ἀναλαβὼν καὶ στρεπτὸν ποιήσας καὶ χρίσας ἐντίθει τῷ αἱμορῥαγοῦντι μυκτῆρι. ἄλλο. στρεπτὸν δι' ὀθόνην ποιήσας συναπόβρεχε ὄξει δριμεῖ καὶ λύχνῳ καύσας ἔμ-*

oris ſpecillo lanam aqua madentem continente abſterge. Ita lycium aqua diſſolutum perfunde, penecilloque intorque ac impinge. *Aliud.* Linamentum tortile igne accenſum et polygoni aut porri ſucco extinctum naribus inſerito. *Aliud.* Acetum acerrimum coquito et inebriata eo ſpongia in nares impinge: ut vero tempeſtive ſpongiam extrahere queas, quum volueris, eam lineo filo deligato, ita ut naribus id appendatur. Frontem praeterea ſpongiis refrigera et erectum habere caput impera; manus et pedes vinculis conſtringito et aures obturato. *Aliud.* Gypſo aut luto figulino fronti admove. *Aliud.* Cucurbitulam magnam admove, hepati quidem, profluente e dextra nare ſanguine; lieni vero, ſi e ſiniſtra, ſin ex utraque nare effluat, utrique viſceris regioni.

[*Ad ſanguinis e naribus profluvium.*] Ex triticea farina porri ſucco excepta verſatilem turundam forma, narique ſanguinem profundenti inſerito. *Aliud.* Tortile linamentum aceto acri madens ad lucernam urito et nari

Ed. Chart. X. [583. 584.] Ed. Baſ. II. (476.)

βαλε τῷ μυκτῆρι. ἄλλο. ὀνίδος θερμῆς χυλὸν ἴσῳ ὄξει μίξας καὶ ἐπιβαλὼν πύρινα ἄλευρα, ποίει γλοιῶδες καὶ χρίσας στρεπτὸν ἐπιτίθει. χρῶ δὲ καὶ διαδέσμοις κατά τε τῶν ποδῶν καὶ τῶν χειρῶν καὶ ψῦχε τὴν κεφαλήν. καὶ σικύαις χρῶ κατὰ τῶν ὑποχονδρίων· δεξιοῦ μὲν μυκτῆρος αἱμορῥαγοῦντος, ἐπὶ τοῦ ἥπατος σφοδρὰν τίθει τὴν σικύαν· ἐπὶ δὲ ἀρι [584] στεροῦ κατὰ τοῦ σπληνός. περὶ δὲ ἀναγωγῆς αἵματος μικρὸν ὕστερον εἴρηται.

[*Περὶ τῆς ἐκ τραυμάτων αἱμορῥαγίας.*] Εἰ δὲ ἐπὶ τραύματος αἱμορῥαγία γένηται, λειώσας σμύρναν καὶ λίβανον καὶ ἀναλαβὼν ὠοῦ τῷ λευκῷ ἐπίβαλε, χρώμενος ἐπεικασμῷ πρὸς τετυπωμένον. ἄλλο. βάτραχον καύσας τῇ σποδιᾷ τὸ τραῦμα κατάπλασσε. χρῶ δὲ καὶ ὀξυκράτῳ, ὡς σπόγγους ἐπιτιθεὶς συνεχῶς περὶ τῆς χρήσεως τοῦ ξηροῦ. ἄλλο. ὀνίδα θερμὴν καταπλάσας ἐπιδέσμει. εἰ δὲ ξηρὰ εἴη, ὄξους πρόσβαλε βραχέως.

Κεφ. ε'. [*Πρὸς τὰ τῶν ὀφθαλμῶν πάθη.*] *Ἅπαντα μὲν τὰ μόρια τοῦ σώματος ἀκριβεστάτων χρῄζει διορισμῶν ἐν*

infere. *Aliud.* Aſinini ſimi calentis ſuccum mixtum cum aequali aceto et adjecta ſarina triticea ſtrigmenti craſſamentum efforma et illitum eo linamentum impone. Utere vero tum pedum tum manuum vinculis et caput refrigera. Uſurpa quoque cucurbitulas hypochondriis affigendas; profundente quidem dextra nare ſanguinem, hepatis regioni magnam cucurbitulam admove; profluente vero e ſiniſtra ſanguine, ſplenis regioni. De ſanguinis autem rejectione paulo poſt dictum eſt.

[*De ſanguinis profluvio e vulnere.*] Sed ſi e vulnere ſanguinis profluvium oriatur, myrrham et thus trita et ovi albo excepta partis percuſſae ratione impone. *Aliud.* Uſtae ranae cinere vulnus obtura; utere quoque oxycrato, ut eo inebriatos ſpongias frequenter ſiccitatis ratione ſuperponas. *Aliud.* Aſininum ſimum calidum cataplasmatis modo alliga: quod ſi aridus fuerit, aceti pauxillum adjice.

Cap. V. [*Ad oculorum affectiones.*] Omnes ſane corporis partes in morborum curationibus accuratiſſimis

Ed. Chart. X. [584.] Ed. Baſ. II. (476.)

ταῖς θεραπείαις, εἰ μέλλοιεν ὄντως ἰαθήσεσθαι. ὀφθαλμοὶ δ' ὅσον κυριωτάτην ἔχουσι τὴν χρείαν, καὶ οὐκ ὀλίγον τῶν ἄλλων διαφέρουσιν, ἀκριβεστάτης ἐπισκέψεως δέονται, συχνῶν τῶν περὶ αὐτοὺς παθῶν γιγνομένων, καὶ ἐπὶ ποικίλαις καὶ διαφόροις αἰτίαις συνισταμένων τε καὶ παροξυνομένων. ἀλλ' ὁ μὲν τελειότατος καὶ ἀκριβέστατος περὶ αὐτῶν λόγος ἑτέρας ἐστὶ πραγματείας· ὁ δὲ ἐνεστὼς τῆς προκειμένης πραγματείας στοχαζόμενος διδάσκει τὸ χρήσιμον κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον. αἱ τοίνυν περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαθέσεις ὁτὲ μὲν μετὰ πυρώσεως συνίστανται, ὁτὲ δὲ μετὰ ψύξεως καὶ ναρκώδους αἰσθήσεως, καὶ ποτὲ μὲν μετὰ φλεγμονῆς, ποτὲ δὲ χωρὶς φλεγμονῆς, καὶ ἔσθ' ὅτε μὲν μετὰ δαψιλοῦς ῥεύματος, ἔσθ' ὅτε δὲ χωρὶς ῥεύματος, καὶ ποτὲ μὲν μετὰ βάρους καὶ ὀδύνης, ποτὲ δὲ καὶ χωρὶς τούτων. τὰς μὲν οὖν μικρὰς καὶ πυρώδεις ταράξεις ἱκανὸν καὶ ὀξύκρατον ἀποκρούσασθαι, ὥσπερ τὰς ἐκ ψύξεως αἱ διὰ σπόγγων ἐξ οἴνου κεκραμένου λευκοῦ πυρίαι· τὰς δὲ ἰσχυρὰς διαθέσεις καὶ σὺν φλεγμονῇ μεγάλῃ καὶ βαρείᾳ, ἐὰν μὲν τὰ κατὰ τὸ μέτωπον ἀγγεῖα πλήρη ᾖ, καὶ διατετα-

egent diſtinctionibus, ſi revera ſanitatem adepturae ſint. Verum oculi quo praeſtantiſſimum habent uſum, neque paululum ab aliis diſcrepant, eo accuratiſſimam conſiderationem efflagitant, quum frequentes ipſis oboriantur affectus, qui ex variis ac diſcrepantibus cauſis conſtituuntur et exacerbantur. Verum perfectiſſima et accuratiſſima de his oratio alterius eſt operis; ſed quae praeſens propoſitum opus reſpicit, utile quantum poteſt edocet. Affectus igitur oculorum interdum ab aeſtu ortum habent, interdum a frigore et ſtupente ſenſu; interdum etiam cum inflammatione, interdum citra inflammationem, interdum quoque ab exuperante humorum defluxu, interdum etiam citra defluxum; nonnunquam cum gravitate et dolore, nonnunquam etiam ſine his. Equidem leves et fervidas oculorum perturbationes abunde poſca reprimit, quemadmodum ex frigore obortos ſpongiis vino albo diluto inebriatis fotus. At vehementes affectus et cum magna gravique inflammatione, ſi frontis vaſa repleta ac diſtenta

Ed. Chart. X. [584.] Ed. Baſ. II. (476.)

μένα, καὶ αὐτόθεν ἐμφαίνει τὸ πλῆθος τοῦ αἵματος, φλεβοτομία μὲν ἐν ἀρχῇ, εἰ μή τι κωλύει· τὰς δ' ἐφ' ἑτέρας γιγνομένας καὶ παροξυνομένας διὰ ἔμφραξιν ἡ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς κάθαρσις· χρῆσθαι δὲ δεῖ τοῖς ἐγχύτοις τήξεως χυλῷ μάλα καλῶς κατεσκευασμένῳ. καλῶς δ' ἂν γένοιτο, εἰ πλυθείη ἡ τῆλις ἐπιμελῶς ὕδατι γλυκεῖ, ἑψηθεῖσά τε ἐπ' ὀλίγον, ὡς ἅπαν τὸ ἐν αὐτῇ δριμὺ ἀποθέσθαι, εἶτ' αὖθις ἑτέρῳ ὕδατι ἑψηθεῖσα ἀποχυθέντος τοῦ προτέρου. χρήσιμον δὲ καὶ τοῦ ὠοῦ τὸ λευκὸν καὶ λεπτὸν, συνεχῶς ἐγχεόμενον, καὶ γάλα γυναικεῖον ἐκ τῶν μαζῶν αὐτῶν ἐκθλιβόμενον τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἔστω δὲ εὔχυμον τὸ γάλα. παρηγορεῖν δὲ καὶ καταπλάσμασι κούφοις τὰς φλεγμονὰς διά τε ὠοῦ λεπτοῦ καὶ λεκίθου καὶ μελιλώτου καὶ ἄρτου καὶ ῥοδίνου. εἰ δὲ καὶ κολλυρίων εὐπορία ἐπιτηδείων, ἃ διὰ τῆς μακρᾶς πείρας σχεδὸν πᾶσίν ἐστι γνώριμα, ἄλλων ἄλλοις συνειθισμένων χρῆσθαι, καὶ τούτοις μετὰ τοῦ λεπτοτάτου ὠοῦ, κούφως δὲ καὶ ἀθλίπτως φέρειν· καὶ τὰς ἐμφερομένας τοῖς ὀφθαλμοῖς λήμας σπόγγῳ ἁπαλῷ δι' ὕδατος θερμοῦ ἀφαιρεῖν, καὶ λε-

ſint, indeque ſeſe prodat ſanguinis plenitudo, curat per initia venae ſectio, niſi quid prohibeat: ab alia vero cauſa factas atque per obſtructionem concitatas ventris per inferiora vacuatio; poſtea infuſis utendum eſt ex foenigraeci ſucco pulcherrime praeparato. Quod recte fiet, ſi lotum diligenter in aqua dulci foenumgraecum leviter coquatur, ut quicquid acre in ſe habet, abjiciat; deinde rurſus alteri aquae incoquatur affuſa priore. Utile etiam eſt ovi candidum ac tenue frequenter inſtillatum et lac muliebre ex mammis ipſis in oculos emulſum. Sit autem lac optimi ſucci. Leniendae porro cataplasmatis levibus inflammationes ex ovi tenui luteo, meliloto, pane et roſaceo. Quin utendum etiam collyriis pro facultate idoneis, quae longa experientia prope omnibus innoteſcunt, aliis alio uti conſuetis, haecque cum tenuiſſimo ovo leviter et citra laborem adhibenda. Gramiae porro oculis illatae ſpongia molli ex aqua calida abſtergendae, tenuiſſimoque victu utendum. Quod ſi immoderata fuerit ca-

Ed. Chart. X. [584. 585.] Ed. Baſ. II. (476.)

πτοτάτῃ διαίτῃ χρῆσθαι. εἰ δ' ἄμετρον εἴη τὸ τῆς κεφαλῆς βάρος, ἀφαιρεῖν τε τὰς κόμας καὶ σικύᾳ χρῆσθαι πατὰ τοῦ ἰνίου μετ' ἐγχαράξεως, συχνὸν τοῦ αἵματος ἀποσχέοντας. ἀτμῶν δὲ πεπληρωκότων τὴν κεφαλὴν καὶ φλέγματος ὄντος τοῦ ἐμφράττοντος τὰς διεξόδους τῶν πόρων, πταρμικοῖς τε τοῖς ἐπιεικεστέροις, καὶ δι' ἀποφλεγματισμῶν κενώσομεν [585] καὶ διαλύσομεν τὴν σφήνωσιν, πταρμικῷ μὲν πεπέρι λείῳ χρώμενοι, κελεύοντες τοῖς μυκτῆρσιν ἀνέλκειν τοὺς πεπονθότας, ἀποφλεγματισμοῖς δὲ τοῖς διὰ νάπυος λειουμένου εὖ μάλα τοῦ νάπυος, καὶ προσλαμβάνοντος ὄξους λευκοῦ συμμέτρου, καὶ μέλιτος καὶ ὕδατος, ὅπως ὑγρὸν γενόμενον διακρατείητο καὶ ἀναγαργαρίζοιτο· ῥᾳδίως γὰρ δύνανται ὄντως καὶ αὐτῶν διὰ τῶν μυκτήρων καὶ τοῦ οὐρανίσκου τῆς κενώσεως δαψιλοῖς γενομένης, τὰς περὶ τὴν κεφαλὴν σφηνώσεις διαλυθῆναι. ὅτι δὲ τὸ προηγούμενον καὶ οἷον κεφάλαιον τῆς θεραπείας οὐκ ἐπὶ ὀφθαλμιώντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάντων σχεδὸν τῶν ἄλλων παθῶν, ἐν τῇ ἀκριβείᾳ μάλιστα τῆς διαίτης κεῖται, οὐδένα οἶμαι τοῦτο ἀγνοεῖν. χρώμεθα δὲ πρὸς τὰς θε-

pitis gravitas et capillitium auferendum eſt et cucurbitula occipitio affigenda cum ſcarificatione, copioſusque ſanguis detrahendus. Quum autem vapores caput repleverint, ac pituita pervios meatus obſtruat, ſternutatoriis mitioribus et apophlegmatismis vacuabimus, ſtipationemque diſſolvemus. Sternutatoriis quidem ex pipere trito utimur, quod naribus aegrotos attrahere imperamus; apophlegmatismis vero ex ſinapi accuratiſſime laevigato additis aceto albo moderato et melle et aqua, ita ut quod liquidum factum eſt retineatur et gargarizetur. Ita enim facile his per nares et palatum facta evacuatione copioſa capitis obſtructiones diſſolvi queunt. Quod autem primarius praecipuusque ſcopus curationis non ſolum ophthalmia laborantium, verum etiam caeterorum prope omnium morborum in accurata victus ratione conſtet, neminem ignorare arbitror. Caeterum ad aeſtivas ophthalmias aridarum roſa-

Ed. Chart. X. [585.] Ed. Baſ. II. (476.)

ρινὰς ὀφθαλμίας καὶ ῥόδων ἀφεψήματι ξηρῶν, τούτῳ συνεχῶς ἀποσπογγίζοντες τὰ βλέφαρα.

[*Πρὸς τὰς ἐκ χρόνων ὀφθαλμίας.*] *Πυρῆνα μήλης καθέντες εἰς σκόροδον, ὡς χρωσθῆναι τῷ χυλῷ ἐγχρίομεν. ἄλλο. πυροὺς ἐπὶ διαπύρων σιδήρων ὀπτήσαντες σὺν οἴνῳ καταχρίομεν τὰ βλέφαρα. ἄλλο. χάλκανθον λειώσαντες ἐν μέλιτι, χρίομεν τὸ μέτωπον καὶ τὰ βλέφαρα.*

[*Ἀρχιγένους ἐκλογαὶ ἐκ τῶν συνθέτων περὶ τῶν εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς ῥευμάτων.*] *Ἐπὶ τῶν κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ῥευματισμῶν ἐν ἀρχῇ μὲν ἁρμόζει ὀλιγοσιτία καὶ ὑδροποσία καὶ πάντων μᾶλλον συνουσίας ἀποχὴ, καὶ ἡ κοιλία ὑποσυρέσθω, καὶ πολυ ψυχρὸν τὸ ποτὸν, εἶτα καὶ ὀλίγου ὄξους ὕδατι μιγέντος, συνεχῶς τὸ πρόσωπον προσκλυζέσθωσαν. ἔνιοι δὲ χάλκανθον ὕδατι δεύοντες διδόασι προσκλύζεσθαι. περικαμπτέσθωσαν ὁσμὰς δριμείας, κονιορτοὺς, καπνόν τε καὶ τὴν ἀφ' ἡλίου καὶ τὴν ἀπὸ λύχνου αὐγήν. εἰς νύκτα δὲ ἔρια καθαρὰ ἐξ οἴνου, ἢ ῥυπαρὰ ἐξ ὕδατος ψυχροῦ ἐπιτιθέσθωσαν, ἔωθεν δὲ, ὡς εἴρηται, προκλυζέσθωσαν. εἰ δ'*

rum decocto utimur, eo ſpongiis inebriatis oculorum palpebras crebro foventes.

[*Ad diuturnas lippitudines.*] Mucronem ſpecilli allio inſertum quoad ſucco tingatur, inducimus. *Aliud.* Triticum ignitis ferreis laminis incoctum ex vino palpebras illinimus. *Aliud.* Vitriolo in mello trito et frontem et palpebras inungimus.

[*Archigenis ſecreta ex compoſitis pro oculorum fluxionibus medicamentis.*] Ad irruentes in oculos fluxiones inprimis conducunt paucitas tum cibi, tum potus, aquae potus ac prae omnibus abſoluta a coitu continentia, ventris inferioris ſubductio, frigidae multae potio, deinde frontis frequens irroratio ex aqua aceti pauxillo admixta. Nonnulli chalcanthum aqua perfundentes ad fotum tradunt. Fugiant odores acres, pulverem, fumum et ſplendorem tum a ſole tum a lampade prodeuntem. Noctu lana munda ex vino, aut ſordida ex aqua frigida; mane vero, ut dictum eſt, abluantur. At ſi fluxio ingraveſcat, ſuccedatque dolor,

Ed. Chart. X. [585.] Ed. Baſ. II. (476.)

ἐπιτείνοιτο ὁ ῥευματισμὸς καὶ ἀλγηδὼν ἐπιγένηται, φλεβοτομία τε ἁρμόζει, καὶ τελέως ἀσιτία καὶ δίψα, εἰ μὴ ἐκκενοῖτο καὶ ἐπιτείνοιτο· κοιλίας εὔτονος λύσις, ἤτοι διὰ συμφώνου καθαρτικοῦ, ἢ διὰ κλυστήρων εὐτόνων. μετὰ ταῦτα δὲ καιὰ τοῦ μετώπου ἀμπέλου φύλλα χλωρὰ συνεχῶς ἐπιτιθέμενα ὠφελεῖ, ἢ μυρσίνης, ἢ σχίνου, ἢ βάτου χύλισμα, ἢ κράμβης, ἢ ἀμπέλου φύλλα μετὰ λεπτοῦ ἀλφίτου, ἢ σαμψύχου, ἢ ἀειζώου, ἢ ἀνδράχνης, ἢ κυδωνίων. τὰ δ' ἁπαλὰ φύλλα ἕκαστα αὐτῶν μετ' οἴνου, καὶ τοῦ λεπτοῦ τῶν ἀλφίτων ἐπὶ τοῖ μετώπου καταπλασσόμενα. κατ' αὐτῶν δὲ τῶν ὀφθαλμῶν καθαρὸν ἔριον ὠοῦ τῷ λευκῷ διαβρέχων, καὶ ὠοῦ λέκυθον ἑφθὴν μετ' οἴνου, καὶ τοῦ λεπτοῦ τῶν ἀλφίτων ἐπὶ τὸ μέτωπον ἐπιπλαττόμενα, ἢ καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἐπιτιθέμενα τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ ἠρυγγίου ῥίζαν λείαν μεθ' ὕδατος, καὶ κωνείου σπέρμα τὸν αὐτὸν κατασκευαζόμενα τρόπον ὠφελεῖ. καὶ τυρὸς ἁπαλὸς νεαλὴς μετὰ σελίνου φύλλων καταπλασσόμενος, καὶ ἄρτος ἐξ οἴνου, ἢ ῥοδίνου φυραθεὶς ὠφελεῖ θαυμαστῶς. καὶ καθόλου πᾶν τὸ τῶν στυφόντων γένος, καὶ

convenit venae ſectio et ſumma inedia et ſitis, niſi exhauriantur *aegri* et ingraveſcat morbus. Sit alvi vehemens ſolutio, aut idoneo medicamento purgante, aut validioribus clyſteribus. Poſt haec fronti vitis folia viridia continue appoſita juvant, aut myrti, aut lentisci, aut ſuccus rubi vel braſſicae, aut vitis folia cum tenui polenta; vel ſampſuchi, vel ſempervivi, vel portulacae, vel cotoneorum. Eorum enim quoque folia tenera cum vino et tenui polenta in cataplasmatis forma fronti admoventur. Ipſis autem oculis munda lana ovi alba imbuta, nec non coctum ovi luteum cum vino et tenui polenta, ad formam emplaſtri fronti, aut ad formam epithematis ipſis oculis admovetur. Juvat quoque eryngii radicem tritam ex aqua et cicutae ſemen eodem modo comparare. Etiam caſeus mollis recens cum apii foliis in cataplasmate poſitus juvat, et panis ex vino vel roſaceo ſubactus mirabiliter confert. In ſumma adſtringentium genus omne et

Ed. Chart. X. [585. 586.] Ed. Baſ. II. (476.)
ἀποκρουομένων ἐν ἀρχαῖς, ὅσα ἐστὶ κώνειόν τε καὶ ψύλλιον, σέλινον, στρύχνον καὶ οἱ ἐπὶ τῶν τελμάτων φακοὶ, ἔρπυλλον, σάμψυχον, φύλλα ἀμπέλου, κόριον, ἀνδράχνη, φακὸς ὁ ἐπὶ τοῦ ὕδατος. τούτων ἕκαστον λεαίνων μετ' οἴνου κατάπλασσε. τὸ δὲ ψύλλιον μεθ' ὕδατος καὶ τὸν ἀπὸ τῶν τελμάτων φακόν.

[*Πρὸς θερμὰ ῥεύματα.*] Κράμβη λεῖα μετ' ἀλφίτου λείου σὺν ὕδατι καταπλασθεῖσα· καὶ ὠκίμου φύλλα ὁμοίως, ἢ σαμψύχου πέταλα λεῖα κατάπλασσε. ἴστησι δὲ πολὺ ῥεῦμα, κωδεία καὶ ὑοσκύαμος μετὰ ἀλφίτου λεπτοῦ σὺν οἴνῳ, προπυρία δὲ καὶ [586] οὕτως κατάπλασσε. εἰ δὲ διάτασις εἴη τῶν δύο βλεφάρων, ὀθόνην βουτύρῳ βρέξας ἐπιτίθει τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐφ' ὧν δὲ χύμωσις ἰσχυρὰ γέγονε, καλεῖται δὲ χύμωσις ἡ ἐπὶ τῷ κερατοειδεῖ ἐρυθρὰ καὶ σαρκώδης φλεγμονὴ, σάρκας μυῶν ἐπιμελῶς λεάνας, καὶ προσβαλὼν ᾠοῦ λέκυθον, ὠμὴν συλλείου, καὶ ὅταν κερατοειδὲς γένηται, εἰς ὀθόνην ἐμπλάσας ἐπιτίθει, καὶ παραχρῆμα παύει.

repellentium per initia, qualis eſt cicuta, pſyllium, apium, ſolanum, lenticulae paluſtres, ſerpillum, ſampſuchum, folia vitis, coriandrum, portulaca, lens aquis innatans. Horum quodque ex vino tritum in cataplasmatis forma admove, pſyllum ac lenticulas paluſtres ex aqua.

[*Ad calidas fluxiones.*] Braſſica tuſa et farina trita cum aqua cataplasmate imponitur. Eodem modo ocimi feria vel ſampſuchi folia trita admove. Sistunt fluxionem papaveris caput et hyoscyamus cum polenta tenui ex vino, fotumque primo, deinde cataplasma admove. Quod ſi duarum palpebrarum diſtenta ſit, linteo butyro madens oculis admove. In quibus ſi gravis ſit chymoſis (vocatur autem chymoſis rubra carnoſaque corneae oculi tunicae inflammatio) ipſi medentur accurate detritae murium carnes cum crudo ovi luteo ſimul ſubactae, quod quum ad cerae conſiſtentiam pervenerit, ex panno lineo in forma cataplasmatis impone, et quamprimum ſedat.

Ed. Chart. X. [586.] Ed. Baf. II. (476. 477.)

[*Περίχρισμα ὀφθαλμῶν.*] *Ἄρτος καθαρὸς κεκαυμένος, μιγεὶς ἀκακίᾳ καὶ κυτίνῳ σὺν ὕδατι.*

[477] [*Πρὸς τὰς περιωδυνίας.*] *Ῥόδα ξηρὰ ἢ χλωρὰ ἐν γλυκεῖ βρέξας ὕδατι λέαινε, μίξας ὠοῦ λευκοῦ λέκιθον καὶ κρόκου τὸ ἀρκοῦν κατάπλασσε· ἢ κρίθινα ἄλευρα ἐν γλυκεῖ ἡψημένα. ἐὰν δὲ μείζων εἴη ἡ ὀδύνη, πρόσμισγε ὑοσκυάμου φύλλα, ἢ πέπονος, ἢ σικύου τὴν σάρκα μετ' ὠοῦ ὀπτοῦ ἢ λεκίθου, καὶ ὀλίγου οἴνου, κατάπλασσε.*

[*Κατάπλασμα ὀφθαλμῶν.*] *Καλῶς ποιεῖ πίτυος φλοιὸς καὶ ἄλφιτα σὺν οἴνῳ.*

[*Πρὸς σφοδρὰς περιωδυνίας.*] *Κορίου χυλὸν μετὰ γυναικείου γάλακτος εἰς τοὺς κανθοὺς ἔνσταζε, ἢ φύλλα πλατάνου λεῖα μετὰ τῶν λεπτῶν ἀλφίτων, ἄνωθεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐμπλαττόμενα.*

[*Ἐπὶ τῶν ῥευμάτων καταπλάσματα.*] *Κυπάρισσος χλωρὰ ἢ βράθυ χλωρὸν μετ' οἴνου· ἢ παλιούρου φύλλα, ἢ ἀνδράχνη λεία μετὰ στέατος χηνείου καὶ κρόκου, ἢ ἶρις*

[*Linimentum oculorum.*] Panis purus tostus, acaciae et cytino ex aqua mixtus.

[*Ad oculorum dolores.*] Rosas aridas aut virides in aqua dulci maceratas ac laevigatas et cum ovi candidi luteo et croci q. s. commixtas in forma cataplasmatis admove: aut hordeaceam farinam in aqua dulci elixam. Quod si gravior fuerit dolor, hyoscyami folia, aut carnem vel peponis, vel cucumeris cum ovo cocto vel ovi luteo et pauco vino ut cataplasma admove.

[*Cataplasma oculorum.*] Pulchre facit pini cortex et farina cum vino.

[*Ad vehementes oculorum dolores.*] Coriandri succum cum muliebri lacte in angulos instillato. Aut platani folia trita cum tenui farina in modum emplastri oculis sursum imposita.

[*Ad fluxiones cataplasmata.*] Cupressus viridis vel sabina viridis cum vino. Vel paliuri folia, aut portulacae detrita cum pinguedine anserina et croco. Vel iris

Ed. Chart. X. [586.] Ed. Baſ. II. (477.)

ξηρὰ μετὰ μέλιτος, ἢ σελίνου φύλλα μετὰ ἀλφίτων. ἐπὶ δὲ τῶν μεγάλων ῥευμάτων γλήχωνος προσφάτου καρπὸν, καὶ μάλιστα χυλὸν σὺν ὄξει, μαλαγματῶδες ποιήσας ἐπιτίθει κατὰ τοῦ βρέγματος, καὶ ἐπάνω ἔρια, καὶ ἐπιδέσμει ἐλαφρῶς· ἢ ῥόδα καὶ μελίλωτα ἐφθὰ μετὰ ἀμύλου αὐτοὺς τοὺς ὀφθαλμοὺς κατάπλασον, ἢ ἄμυλον σὺν οἴνῳ λευκῷ, ἢ ὠοῦ λευκῷ.

[*Ἀνακολλήματα πρὸς ῥεύματα.*] *Κοχλίαν μετὰ τοῦ ὀστράκου κόψας, ἀπὸ τοῦ κροτάφου ἐπὶ τὸν κρόταφον κατάχριε.*

[*Πρὸς τὰς αἱμάλωπας καὶ ὑποσφάγματα.*] *Πρὸς τὰς περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς γινομένας πληγὰς καὶ διὰ τοῦτο συμβαινούσας αἱματώδεις ὑποχύσεις, εὐθέως ἐν ἀρχῇ πρὸς τὰς φλεγμονὰς καὶ τὸ ἄλγημα, ποιεῖ περιστερᾶς ἐνσταζόμενον αἷμα, καὶ μάλιστα τὸ ἐκ τῶν ἁπαλῶν πτερῶν ἐκπιεζόμενον, καὶ τὸ λευκὸν τοῦ ὠοῦ, τὸν αὐτὸν τρόπον εἰς τὸν ὀφθαλμὸν ἐγχεόμενον, ἔτι δὲ ἐρίῳ καθαρῷ προσαναλαμβανόμενον, καὶ ἄνωθεν ἐπιτιθέμενον. εὐθετεῖ δὲ καὶ λέκιθος ὠοῦ κατωπτημένη, καὶ μετὰ οἴνου καταπλασσομένη. ἔτι δὲ ῥόδων τὰ*

ficca cum melle. Vel apii folia cum polenta juvant. Ad magnas autem fluxiones pulegii recentis ſemen, ac maxime ſuccum cum aceto ac malagmatis craſſitiem redactum ſyncipiti admove, ac ſuperpone lanam, ſuaviterque illigato. Vel ex roſis et meliloto cum amylo coctis cataplasma ipſis oculis admove. Vel amylum cum vino aut ovi albo.

[*Ad fluxiones oculorum frontalia.*] Limacem cum teſta contuſam a temporibus ad tempora fronti admove.

[*Ad haemalopas et hypoſphagmata.*] Ad illatos oculis ictus, ac proinde oborientes cruentas ſuffuſiones. Quamprimum ab initio ad inflammationes *prohibendas* et dolorem *mitigandum*, facit columbinus ſanguis inſtillatus, potiſſimum ex tenellis albis expreſſus, et ovi album eodem modo in oculum infuſum, deinde lana munda exceptum, ac deſuper admotum. Apte quoque admovetur aſſum ovi luteum et cum vino in cataplasma efformatum. Praeterea roſarum folia et flores per ſe aut cum vino ſimul ſubacta,

Ed. Chart. X. [586. 587.] Ed. Baſ. II. (477.)

φύλλα καὶ τὸ ἄνθος ἰδίᾳ, καὶ μετ' οἴνου ὁμοῦ τριβόμενα, καὶ μετὰ χνοώδους ἀλφίτου καταπλασσόμενα.

[*Πρὸς τὰ γινόμενα περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς οἰδήματα διὰ πληγάς.*] Λίαν ἁρμόττει πυρία ἐξ ὀξυκράτου μαλακῷ σπόγγῳ συνεχῶς γινομένη, εἶτ' ὄξει βρεχόμενος καὶ κεκραμένος καινὸς σπόγγος, καὶ ἐπιτιθέμενος.

[*Πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς διὰ τὸν ἥλιον καὶ κονιορτὸν ψωροφθαλμιῶντας.*] Ὕδωρ πλεῖον προσκλυζόμενον, θέρους ψυχρὸν, χειμῶνος θερμὸν, καὶ πυρία διὰ σπόγγων ἁρμόζει ἐκ φακῶν ἀφεψήματος. καὶ αὐτοῖς δὲ προσάγειν τοῖς κανθοῖς, ἢ βάτου, ἢ ῥόδων χυλὸν κατ' ἰδίαν ἑκάστου σὺν ὕδατι· ἢ ῥόδα ξη- [587] ρὰ τριβόμενα σὺν οἴνῳ. χριέσθωσαν δὲ καὶ ἐλαίῳ παλαιῷ καθεύδοντες, ἀπεχέσθωσαν δὲ πάντων τῶν δριμέων καὶ ὀξέων.

[*Πρὸς τὰς χρονίας περὶ τὰ βλέφαρα διαθέσεις καὶ τετυλωμένας.*] Ἀμόργην ἐφθὴν καὶ μετὰ ἐλαίου λειοτριβουμένην ἔγχριε.

[*Πρὸς πτίλους καὶ τρίχας μὴ ἔχοντας, ἄκρως ποιεῖ,*

et cum tenui polenta mixta, ad cataplasmatis formam admovetur.

[*Ad oculorum tumores ex ictu obortos.*] Admodum conducit fotus ex poſca molli ſpongia frequenter admotus, deinde ſpongia nova aceto aqua temperato inebriata et admota.

[*Ad oculorum pſorophthalmiam pruriginoſam ſcabiem a ſole et pulvere.*] Aqua liberalius affuſa, aeſtate frigida, hieme calida, ac fotus ſpongiis factus ex lentium decocto congruit. Atque ipſis oculorum angulis admove vel rubi vel roſarum ſuccum, quemque ſigillatim ex aqua; aut applicare roſas aridas ex vino ſubaatas. Quin et illinantur dormituri oleo veteri et ab omnibus tum acribus tum acidis abſtineant.

[*Ad inveteratos callentesque palpebrarum affectus.*] Amurcam coctam et cum oleo ſubactam illine.

[*Ad ciliis depilatos pilisque carentes palpebras ſum-*

Ed. Chart. X. [587.] Ed. Baſ. II. (477.)

καὶ τρίχας ἀνάγει.] *Μυόχοδα καὶ κόπρους τράγου ἴσα κεκαυμένα καλάμου Ἑλληνικοῦ διπλοῦν σὺν μέλιτι ἐγχριόμενα. τοῦτο καὶ ἀλφοὺς ὠφελεῖ.*

[*Πρὸς τὰς ἐπιφυομένας ἐν τοῖς βλεφάροις τρίχας.*] *Προεκτίλας τὰς τρίχας ἐκ ῥιζῶν αἵματι κόρεως κατάχριε, καὶ οὐ μὴ φυήσονται· ἢ κρότωνος ἀπὸ κυνὸς αἵματι ἄκρως ποιεῖ. χρῶ δὲ ἐκ ῥιζῶν τίλλων τρίχας, ἢ χολῇ τραγείᾳ, τίλλων εὐθέως κατάχριε· ἢ αἰγείᾳ χολῇ μετὰ χυλοῦ κράμβης.*

[*Πρὸς λευκώματα.*] *Ταχέως ἰᾶται νίτρον μετ' ἐλαίου παλαιοῦ λεανθὲν ἐπιμελῶς καὶ ἐπιχριόμενον· ἢ σαύρας ἀφόδευμα ἔγχριε· ἢ νυκτικόρακος ᾠὸν ἔγχριε, καὶ βλέψεις αὐτούς.*

[*Πρὸς ἀμαύρωσιν ὀφθαλμῶν.*] *Ἀμαύρωσιν πᾶσαν καὶ ἀρχομένην ὑπόχυσιν θεραπεύει γυπὸς χολὴ μετὰ πρασίου χυλοῦ καὶ μέλιτος Ἀττικοῦ· εἰ δὲ μὴ παρείη καὶ τῷ ἁπαλῷ χρῆσθαι μέλιτι. ἔστω δὲ ὅ τε χυλὸς τοῦ πρασίου, καὶ τὸ μέλι ἑκάστου διπλάσιον τῆς χολῆς· ἢ μαράθρου χυλὸν καὶ χολὴν*

mopere confert, pilosque producit.] Muscerda et fimum caprinum pari pondere et calami Graeci duplum torrefacta ex melle illinuntur. Id quoque vitiligines curat.

jusque unc. j, forma ex aqua trochiscos drach. j, continentes, exhibe non febricitantibus ex vino diluto, febricitantibus ex mulſo. *Aliud.* Senecionis da bibendum decoctum. *Aliud.* Ariſtolochiae drachmam dimidiam tritam da potui, febrientibus ex aqua, ex vino non febrientibus. *Aliud.* Triſolii herbae ad tertias decoctum dato potui.

[*Ad aurigine laborantes.*] Affectos aurigine lavato in balneo aquae poculentae, totumque eorum corpus oleo conſricato anethino. Quod ſi febre vacet, in colocynthidos corio caleſactum vinum propinato. *Aliud.* Lanariae tritae cochlearium ex aqua dato; aut ex mulſo liberis a febre. *Aliud.* Cichorii ſucci cyathos tres propinato, febrientibus quidem per ſe, non febrientibus vero ex mulſo mixto. *Aliud.* Ciceris dicti arietini et foeniculi coctorum cremorem exhibeto; febre carentibus cum vino mixto. *Aliud.* Tenerrima folia tam naſturtii viridis, quam roris marini etiam viridis terito; expreſſoque ex his ſucco utitor ex mulſo, ſi febre careant. *Aliud.* Elaterium tritum

Ed. Chart. X. [596. 597.] Ed. Baf. II. (481. 482.)

λακτος γυναικείου τρίψας, ἐγχυμάτιζε εἰς τοὺς μυκτῆρας, κελεύων ἀνασπᾶν. ἄλλο. κυκλαμίνου χυλὸν ὕδατι διαλύσας, χρῶ καθὰ προείρηται. ἄλλο. τὸν πυρρὸν καρπὸν τῆς κυνοσβάτου ἐσθίειν δίδου. ἄλλο. χελιδονίας βοτάνης χυλὸν μετὰ οἴνου καὶ ὑδρομέλιτος δίδου τοῖς ἀπυρέτοις. ἄλλο. ὑπερικοῦ < α'. πότιζε μετὰ ὑδρομέλιτος καὶ ἀσίτοις δίδου ἐσθίειν ἀμύγδαλα πικρά.

[597] Κεφ. ιβ'. [Πρὸς σπληνικούς.] Χαμαίδρυος ἀφεψήματι πότιζε, ἢ χαμαιπίτυος, ἢ πολίου, ἢ ἐρυθρόδάνου, ἢ καθ' ἑαυτὰ, ἢ ὀξυμέλιτος τοὺς ἀπυρέτους. ἄλλο. κισσοῦ λευκοῦ τῶν κορύμβων δίδου κόκκους γ'. καταπιεῖν, καὶ ὀξύμελι ἐπιπίνειν. ἄλλο. καππάρεως ῥίζαν ἑψήσας, πότιζε μετ' ὀξυμέλιτος τοὺς ἀπυρέτους. ἄλλο. μυρίκης καρποῦ κόψας καὶ σήσας, (482) δίδου κοχλιάρια β'. μετ' ὀξυμέλιτος. ἄλλο. σίδηρον πυρακτώσας ἐναπόσβεσον ὕδατι, καὶ δίδου πιεῖν ἀπυρέτοις ἐν οἴνῳ.

[Ἐπίθεμα σπληνικόν.] Τήλεως γο. δ'. κριθῶν ἀλεύρων γο. γ'. καρδάμου σπέρματος γο. γ'. πυρέθρου γο. β'.

cum lacte muliebri maceratum naribus infundito et jubeto ſurſum attrahi. *Aliud.* Cyclamini ſucco aqua diluto, ut dictum eſt, utitor. *Aliud.* Edendum rubicanini rufum fructum dato. *Aliud.* Chelidonii herbae ſuccum cum vino et aqua mulſa porrigito non febricitantibus. *Aliud.* Hyperici drach. j, propinato ex aqua mulſa, et jejunis dato in cibum amygdalas amaras.

Cap. XII. [*Ad lienoſos.*] Da his potui decoctum chamaedryos, vel chamaepityos, vel polii, vel rubiae, aut per ſe, aut cum oxymelite non febricitantibus. *Aliud.* Albae hederae corymbos numero tres dato devorandos et ſuperbibendum acetum mulſum. *Aliud.* Radicis capparis ex oxymelite decoctum non febricitantibus dato. *Aliud.* Tamaricis fructum tritum et cribratum, duo cochlearia dato ex oxymelite. *Aliud.* Ferrum ignitum aqua reſtinguito, quam potui dato non febricitantibus cum vino.

[*Epithema ſplenicum.*] Recipe foenigraeci unc. iv, hordeaceae farinae unc. iij, ſeminum naſturtii unc. iij,

Ed. Chart. X. [597.] Ed. Baſ. II. (482.)

λιβάνου γο. S″. σινάπεως γο. S″. σύκων λιπαρῶν λίτραν α′. περιστερεῶνος βοτάνης γο. α′. ἀποβρέξας τὰ σῦκα ὄξει δριμεῖ, καὶ εὐτόνως κύψας ἐν ὄλμῳ, ἐπίβαλε τὰ λοιπὰ καὶ ἑνώσας χρῶ. ἄλλο. μώλυος βοτάνης χλωρᾶς ἔτι μετὰ τοῦ σπέρματος ἐμβαλὼν ἐν χύτρᾳ, καὶ διαμάξας ἐπιμελῶς ἐπίπλασσε καὶ ἕψει μαλακῷ πυρὶ ἐπὶ πλεῖστον, καὶ ὅταν καθεψηθῇ, ὁλμοκοπήσας ἐπιτίθει, μὴ λύων μέχρι τῆς τρίτης.

[*Πρὸς σπλῆνα.*] Σκορόδου ὄνυχας ζ′. λεπτὰ λεπίσας εἰς ἄκρατον ἐξαιθρίασον, καὶ πρωῒ νῆστις λάμβανε α′. συνθλάσας αὐτὸν, καὶ κατάπιε ἐφ' ἑκάστου ὄνυχος βρόχθον α′, πεπείραται, συνεχῶς ποίει. εἰ δέ γε θέλεις καὶ κατάπλασμα πεπειραμένον, ἔμβαλε ῥίζας καππάρεως ἐν ὄξει καὶ ἰσχάδας καὶ ζίσον, μετὰ δὲ ταῦτα κρίθινον ἄλευρον καὶ μέλι προσβαλὼν τῷ ὄξει, καὶ τὰς ἰσχάδας λελειωμένας εὖ μάλα ἑψήσας οὕτως κατάπλασσε.

Κεφ. ιγ′. [*Πρὸς ἄλλα τοῦ ἐπιγαστρίου πάθη, καὶ*

pyrethri unc. ij, thuris unc. S, ſinapi unc. S, caricarum pinguium lib. j, verbenacae herbae unc. j, caricas acerrimo aceto maceratas contundito fortiter in pila; adjiciens caetera unito ac utitor. *Aliud.* Moly herbam etiamnum virentem cum ſuo ſemine in ollam conjicito, in qua diligenter obturata coquito plurimum lento igni; coctamque nunc et in pila tritam imponito lieni, ante tres dies non ſoluturus.

[*Ad ſplenem.*] Recipe allii ſegmenta vij, tenuibus purgatis pelliculis in merum projecta in ſole, maneque jejunus unum ſume, contunde ipſum et in cujusque ſegmenti poculo uno aſſume, expertum eſt, continuo eſſice. Si velis etiam cataplasma expertum, injice radices capparis in acetum et raphanos ſilveſtres et elixa, poſtea vero hordeaceam farinam et mel adjice aceto et raphanos ſilveſtres laevigatos et probe admodum elixos forma cataplasmatis admove.

Cap. XIII. [*Ad alios abdominis affectus, ac pri-*

Ed. Chart. X. [597. 598.] Ed. Baſ. II. (482.)

πρῶτον πρὸς ὑδρωπικούς.] *Τήλεως γο. α'. κριθῶν ἀλεύρων γο. γ'. κόπρου περιστερᾶς γο. δ'. ῥητίνης φρυκτῆς λίτραν α'. πίσσης λίτραν α'. κηροῦ λίτραν α'. ἀξουγγίου παλαιοῦ λίτρας β'. τὰ τηκτὰ τήξας κατάχεε, τῶν ἄλλων προλελειωμένων ἐν ὄξει, καὶ χρῶ. ἄλλο. βολβίτου αἰγείου ξηροῦ λίτρας β'. ἕψει ἐν ὀξυκράτῳ καὶ κατάπλασσε.*

[*Πρὸς κωλικούς.*] *Ἄνηθον καὶ κύμινον ἐνεψήσας εἰς ἐλαίου γο. γ'. δίδου ἅμα καὶ διάκλυζε. ἄλλο. πήγανον ὁμοίως ἐνεψήσας ἴσῳ ἐλαίῳ, καὶ ἐμβαλὼν ῥητίνης τερμινθίνης ὅσον κοχλιάριον χρῶ.*

[*Πρὸς τοὺς ὄντας κατεψυγμένους.*] *Ἀνηθίνῳ ἐμβαλὼν κοχλιάριον καστορίου λελειωμένου χρῶ.*

[*Πρὸς τὰς φλεγμονάς.*] *Ἀνηθίνῳ ἀναμίξας κοχλιάρια β'. ἀνάλου τυροῦ χρῶ. ὁμοίως καὶ στέαρ χήνειον, ἢ μυελὸν ἐλάφου.*

[*Πρὸς δυσεντερικούς.*] *Ἐπὶ δὲ δυσεντερικοῖς εἰδέναι ἀναγκαῖον ὅτι ἐξαίρε-* [598] *τον δυσεντερίας ἐστὶ φάρμακον, ὀλιγοσιτία. χρὴ δὲ καὶ τὰ προσφερόμενα ὡς ἐνὶ*

mum ad hydropicos.] Recipe ſoenigraeci unc. j, hordeaceae farinae unc. iij, ſtercoris columbini unc. iv, frixae reſinae lib. j, picis lib. j, cerae lib. j, axungiae veteris lib. ij, liquato liquanda, demum addito caetera ex aceto trita, ac utitor. *Aliud.* Recipe ſimi caprilli ficci lib. ij, coque in oxycrato et cataplasma impone.

[*Ad colicos.*] Anethum et cuminum in olei unc. iij, coquito et ſimul exhibeto et injicito. *Aliud.* Rutam coctam ſimiliter, in pari olei menſura, adjecto reſinae terebinthinae cochleario, praebeto.

[*Ad refrigeratos.*] Anethino cui additum ſit triti caſtorei cochlearium, utere.

[*Ad inflammationes.*] Anethino utitor, cui admixta ſint caſei non ſaliti duo cochlearia. Additur ſimiliter vel pinguedo anſerina, vel cervi medulla.

[*Ad dyſentericos.*] In dyſentericis curandis ſcire neceſſarium eſt eximium dyſenteriae remedium cibi eſſe paucitatem. Oportet autem et quae exhibentur, ea quan-

Ed. Cha. X. [598.] Ed. Baf. II. (482.)
μάλιστα κοῦφα καὶ ἀβαρῆ τυγχάνειν, καὶ πρὸς τὰς πέψεις εὐκόλως ἔχοντα. ποτίζειν δὲ καὶ ἐνιέναι τούτοις ῥοᾶς ὁλοκλήρους καὶ κυδώνια ἀφεψήσαντας ἐνιέναι τῷ ἀφεψήματι, καὶ καταῤῥοφεῖν διδόναι. ἄλλο. ἀρνόγλωσσον βοτάνην ὀρύζῃ συνεψήσαντας ἐπιμελῶς ἐσθίειν διδόναι, καὶ τῷ χυλῷ δὲ τῷ αὐτῷ προσπλέξαντας στέαρ τράγειον διδόναι. ἄλλο. μυρσίνας ἑψήσαντας οἴνῳ, εἰ ἀπύρετοί εἰσιν, ἐνιέναι· εἰ δὲ πυρέττοιεν, ὕδατι. ἄλλο. κοχλιῶν ὁλοκλήρων κεκαυμένων γο. α'. κέρατος ἐλαφείου κεκαυμένου γο. β'. ἀναλάμβανε χυλῷ ἀρνογλώσσου, καὶ δίδου κυάμου μέγεθος, ἀπυρέτοις οἴνῳ, πυρέσσουσιν ὕδατι.

[*Πρὸς κοιλιακοὺς καὶ δυσεντερικούς.*] Μύρτων ξηρῶν κεκομμένων γο. α'. ῥόδων ξηρῶν γο. α'. ἀρκευθίδων τὸν ἀριθμὸν ι'. ἀπίων ξηρῶν κεκομμένων κγ'. κερατίων κεκομμένων γο. α'. πίτυος φλοιοῦ γο. δ'. δίδου ξηρὸν ἐν οἴνῳ κοχλιάριον. τὸ δὲ ἀδρομερὲς φοίνιξι λιπαροῖς ἀναλαβὼν ἐπιτί-

tum licet levia, minime gravia et concoctu facilia eſſe. Porro decoctum malorum punicorum integrorum et cotoneorum his tum ad ſorbendum propinatur, tum per clyſterem injicitur. *Aliud.* Plantaginem herbam cum oryza exacte decoctam da in cibo; quin hujus ipſius ſuccum adjecta pinguedine hircina commode ſubminiſtrabis. *Aliud.* Myrti baccas vino incoquito, ſi febre careant; ſi vero febricitent, aquae; ac immittito. *Aliud.* Recipe cochlearum integrarum uſtarum unc. j, cornu cervi uſti unc. ij, excipe ſucco plantaginis, exhibetoque fabae magnitudinem, ſebrem carentibus cum vino, cum aqua febricitantibus.

[*Ad coeliacos et dyſentericos.*] Recipe baccarum myrti ſiccarum contuſarum unc. j, roſarum aridarum unc. j, baccas juniperi decem, pyra arida tuſa xxiij, ſilicarum contuſarum unc. j, corticis pini unc. iv, propinato excreti ex his pulvisculi aridi cochlearium ex vino. Porro quod craſſiorum eſt partium, pinguibus palmulis coactum ventri imponito. *Aliud.* Potum leporis, tum hinnuli, tum

Ed. Chart. X. [598.] Ed. Baf. II. (482.)

θει τῇ γαστρί. ἄλλο. πιτύαν λαγωοῦ ἢ νεβροῦ ἢ αἰγάγρου οἴνῳ πότιζε, καὶ ἐνιέμενον δὲ μετὰ χυλοῦ ὀρύζης βοηθεῖ.

[*Πρὸς τὰς κεχρονισμένας δυσεντερίας.*] Χάρτου κεκαυμένου γο. α'. ἀσβέστου γο. α'. ὅμφακι σταφυλῆς ἀναλαβὼν, ποίει τροχίσκους ἔχοντας < γ'. καὶ β'. καὶ α'. ὡς ἐπὶ πάσης ἡλικίας ἔχειν τὸ μέτρον. ἐπὶ δὲ τῆς χρείας οἴνῳ αὐστηρῷ λύσας, καὶ μίξας ὀρύζης χυλὸν, ἐνίεσθαι κέλευε. ἄλλο. ὠοῦ χηνείου ἑψηθέντος τὸ λέπυρον λειώσας ἐπιμελῶς, πότιζε ἡμίδραχμον οἴνῳ.

Κεφ. ιδ'. [*Περὶ των τῆς ἕδρας παθῶν, καὶ τῶν ἑδρικῶν φαρμάκων.*] *Περὶ τὴν ἕδραν γίνεται διάφορα πάθη, ῥαγάδες τε καὶ κονδυλώματα, καὶ ἄλλαι φλεγμοναί. ἁρμόζει δ' ἐπ' αὐτῶν τὰ ἁπαλὰ τῶν φαρμάκων καὶ ἄδηκτα διαχριόμενα.*

[*Ἑδρικὸν πρὸς τὰς πυρώδεις ὀδύνας.*] Ὠοῦ τὸν λέκυθον λειώσας οἴνῳ λευκῷ καὶ ῥοδίνῃ κηρωτῇ ἀναλαβὼν, διάχριε, καὶ ἐμπλάστρῳ χρῶ. ἁρμόζει δ' ἐπ' αὐτῶν τὰ ἁπαλὰ

etiam capreae coagulum ex vino, nec non immiſſum cum oryzae cremore juvat.

[*Ad diuturnam dyſenteriam.*] Recipe chartae uſtae unc. j, calcis vivae unc. j, uvae immaturae ſucco excipiens in paſtillos formato, continentes alios drach. iij, alios drach. ij, alios drach. j, ut cuique aetati apta ſit ad manum quantitas. At in uſu unum vino auſtero diſſolve, et adjecto oryzae cremore per clyſterem injice. *Aliud.* Cocti anſerini ovi putamen minutiſſime tritum dimidiae drachmae quantitate ex vino propinato.

Cap. XIV. [*De ſedis affectibus ac propriis ſedi medicamentis.*] Sedi diverſi oboriuntur affectus, rhagades, condylomata, aliaeque inflammationes. His autem conveniunt quae tenera, mollia, omnisque morſus expertia medicamenta illinuntur.

[*Ad ſedis ex ardore dolores topicum.*] Ovi luteum ex vino albo tritum et roſaceo cerato exceptum illine, emplaſtrique modo utere. Conveniunt autem his quae

Ed. Chart. X. [598. 599.] Ed. Baſ. II. (482.)

τῶν φαρμάκων καὶ ἄδηκτα διαχριόμενα. ἄλλο. στέαρ χήνειον νεαρὸν διάχριε καὶ ἐμπλάστρῳ χρῶ. ἁρμόζει δ' ἐπ' αὐτῶν καὶ κατάπλασμα ἄρτου καθαροῦ λυομένου καὶ ἑψουμένου ὕδατι καὶ ῥοδίνῳ· κάλλιον δὲ γίνεται, εἰ προσβάλλῃς καὶ λεκύθους ὠῶν ὠπτημένους. ἄλλο. τῆλιν ἑψήσας καὶ λείωσας κατάπλασσε, προσβάλλων καὶ βούτυρον. ἄλλο. στέατι χηνείῳ διάχριε. ἄλλο. ῥόδων γο. γ'. ὠῶν ὀπτῶν λεκύθους β'. οἴνῳ λευκῷ λείωσας καὶ ῥοδίνῃ κηρωτῇ ἀναλαβὼν διάχριε.

[*Πρὸς τοὺς ἐν δακτυλίῳ κνησμούς.*] Γῆν τὴν καλουμένην κιμωλίαν οἴνῳ λειώσας, ἀναλάμβανε κηρωτῇ μυρσίνῃ καὶ χρῶ.

[*Πρὸς τοὺς προσπίπτοντας ἀρχούς.*] Σκωρίας μολύβδου γο. α'. ῥόδων ξηρῶν γο. δ'. εὖ μάλα λειώσας ξη [599] ρα προσάπτου, προαπονίπτων οἴνῳ μυρσίνῳ. ἄλλο. κυκλαμίνου χυλοῦ καὶ μέλιτος ἴσον ἔψει ἐν ἀγγείῳ χαλκῷ, ὥστε κηρωτῆς ἔχειν πάχος, καὶ κατάχριε.

Κεφ. ιε'. [*Περὶ τῶν ἐν νεφροῖς τε καὶ κύστει πα-*

mollia et morſu carentia medicamenta illinuntur. *Aliud.* Recentem anſeris adipem inungito et ut emplaſtro utitor: utile his etiam cataplasma ex pane puro ſoluto coctoque in aqua et roſaceo; quod fuerit efficacius, additis ovorum luteis aliquot coctis. *Aliud.* Foenumgraecum elixum tritumque adjecto butyro ut cataplasma applicato. *Aliud.* Anſerinum adipem inungito. *Aliud.* Recipe roſarum unc. iij, coctorum ovorum lutea duo, trita ex vino albo, roſaceoque cerato excepta, illine.

[*Ad ani pruritus.*] Recipe terram vocatam cimoliam, tritam cum vino, qua cerato myrteo excepta utere.

[*Ad procidentem anum.*] Recipe recrementi plumbi unc. j, roſarum ſiccarum unc. iv, accurate admodum trita, ſicca ano appone, eloto prius vino myrteo. *Aliud.* Cyclamini ſuccum et mel aequa portione decoque in vaſe aereo, donec cerati habeat craſſitudinem, et inunge.

Cap. XV. [*De renum et veſicae affectibus.*] [*Potio*

Ed. Chart. X. [599.] Ed. Baſ. II. (482.)

θῶν.] [*Πρὸς τὰς φλεγμονώδεις διαθέσεις καὶ ἑλκώσεις τῶν νεφρῶν καὶ τῆς κύστεως πότιμα.*] *Λινοσπέρμου γο. β'. ἀμύλου γο. α'. δίδου ἐν ὕδατι κοχλιάριον.*

[*Πρὸς ἡλκωμένην κύστιν καὶ δυσουρίαν.*] *Στροβίλους, ἀμύγδαλα ἀνὰ κ'. φοινίκια ιε'. τραγακάνθης γο. δ'. δίδου μεθ' ὕδατος.*

[*Πρὸς ἔμφραξιν νεφρῶν.*] *Σελίνου ἀφέψημα πότιζε ἀπυρέτους κονδίτῳ, πυρέσσοντας ὕδατι. ἄλλο. ἐρεβίνθων τῶν καλουμένων κριῶν ἀφέψημα μετὰ κονδίτου προπότιζε.*

[*Πρὸς λιθιῶντας.*] *Λινόσπερμον λειώσας ἐπιμελῶς, πότιζε μετὰ κονδίτου. ἄλλο. σικύου ἡμέρου σπέρματος πεφρυγμένου γο. στ'. μαλάχης καρποῦ γο. ε'. στροβίλων πεφρυγμένων γο. στ'. σελίνου σπέρματος γο. η'. ἀμυγδάλων πικρῶν κεκαθαρμένων γο. θ'. ἀναλάμβανε γλυκεῖ καὶ δίδου κοχλιάριον καθὰ προείρηται.*

Κεφ. ιστ'. [*Πρὸς ἰσχιάδας καὶ ποδάγραν καὶ ἀρθρῖτιν.*] *Ὁμογενῆ εἰσὶ ταῦτα ἀλλήλοις τὰ νοσήματα, διὸ*

ad renum et veſicae affectus inflammatiorios et exulcerationes.] Recipe ſeminum lini unc. ij, amyli unc. j, propinato ex aqua cochlearium.

[*Ad veſicam ulceratam et urinae difficultatem.*] Recipe pineos nucleos et amygdala ana xx, palmulas xv, tragacanthae unc. iv, dato cum aqua.

[*Ad renum obſtructionem.*] Apii decoctum dato in potu febre carentibus ex condito; febrientibus ex aqua. *Aliud.* Decoctum cicerum arietinorum appellatorum cum condito detur in potu.

[*Ad calculoſos.*] Lini ſemen exacte tritum da bibendum cum condito. *Aliud.* Recipe ſeminum cucumeris domeſtici frixi unc. vj, ſeminum malvae unc. v, nucleorum pineorum frixorum unc. vj, ſeminum apii unc. viij, amygdalorum amarorum mundatorum unc. ix, paſſo excipe, da cochlearium, ut ante dictum eſt.

Cap. XVI. [*Ad ischiades, podagram et arthritidem.*] Hi morbi ejusdem inter ſe ſunt generis, proinde

Ed. Chart. X. [599.] Ed. Baſ. II. (482. 483.)

καὶ τῆς αὐτῆς σχεδὸν θεραπείας χρήζει, διαφορὰ δὲ τῶν ποιούντων αὐτὰ ῥευμάτων. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσὶ θερμὰ, τὰ δὲ ψυχρά. διάγνωσις δ' αὐτῶν ἐπὶ μὲν τοῖς θερμοτέροις, ἔρευθος καὶ πύρωσις, κἂν ᾖ φλεγμονή τε καὶ ἀλγήματα σφοδρά. ἐπὶ δὲ τῶν ψυχροτέρων οἴδημα λευκὸν ἔνσομφον. ἑκατέρων (483) δὲ ἴασις αὕτη ἐστί. ἐπὶ μὲν τῶν θερμῶν τὰ ψύχοντα, ἐπὶ δὲ τῶν ψυχρῶν τὰ θερμαίνοντα καὶ διαφοροῦντα. εἰ μὲν οὖν πολὺς εἴη ὁ ἐνοχλῶν χυμὸς, καθάρσει πρῶτον χρηστέον τοῦ λυποῦντος χυμοῦ. εἰ δὲ πληθωρικὸν εἴη τὸ σῶμα, πρώτης ἁπάντων παραλαμβανομένης φλοβοτομίας, ἀποκρουομένων τὰ ῥεύματα ὀξυκράτῳ, καὶ τοῖς ψυχροτέροις φαρμάκοις χρωμένων. (εἴρηται δὲ ἡμῖν περὶ τούτων ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς ἐμοῦ πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικοῖς γεγραμμένοις δυσὶ βιβλίοις, καὶ ἐν ἄλλοις πλείοσι, διὸ βραδύνειν οὐ χρὴ ὡς ἐν εὐπορίστοις περὶ τούτων λέγοντα.) ἐπὶ δὲ τῆς κατ' ἰσχίον διαρθράσεως φυλαττομένων τοῦτο δρᾶν. ἐν βάθει γὰρ οὔσης αὐτῆς, συνελαύνεται τὸ ἐκ τῶν περιεχομένων ἀγγείων τε καὶ μυῶν αἷμα πρὸς

eandem fere poſtulant curationem. Hi differunt efficientibus ipſos fluxionibus, quarum hae calidae ſunt, illae frigidae. Dignoscuntur autem, quod calidiorem fluxionem comitentur rubedo, incendium et, ſi fuerit inflammatio, vehementes dolores. Frigidiorem vero tumor albus, laxus, mollis. Porro utriusque curatio haec eſt, ut calidae refrigerantia, frigidae calefacientia discutientiaque applicentur. Itaque ſi copioſus vexans humor fuerit, purgatione primum utendum eſt vexantis humoris. Quod ſi corpus plethoricum fuerit, omnium primam venae ſectionem praeſcribimus, ac repellimus fluxiones oxycrato, etiam frigidioribus medicamentis utentes. (De his autem nobis abunde ſcriptum eſt tum in meis ad Glauconem curationum libris duobus, tum in caeteris pluribus; proinde mihi in parabilibus haud immorandum eſt de his differenti.) Caeterum in iſchii dearticulatione *affecta ſeu iſchiade* id moliri cavemus. Quum enim haec in alto ſit, ad eam a circumſtantibus vaſis musculisve ſanguis compellitur ve-

Ed. Chart. X. [599. 600.] Ed. Baſ. II. (483.)

ἐκείνην καὶ ἄγαν λυπεῖ. παρηγορικῶν γοῦν δέονται φαρμάκων· ἐπὶ γὰρ τῆς κατ' ἰσχίον ὀδύνης οὔτε ψυχρῶν σφοδρῶς οὔτε θερμαινόντων ἰσχυρῶς χρεία. παροξύνεται γὰρ ὑπ' αὐτῶν τὰ ῥεύματα, τῆς μὲν πολλῆς θερμασίας ἑλκούσης αὐτὰ μᾶλλόν τε κωλυούσης διαφορεῖσθαι, τῆς δὲ ψύξεως πήξει τι ὅμοιον ἐργαζομένης καὶ δυσδιαφόρητα ποιούσης τὰ ῥεύ- [600] ματα, ὠφελοῦσι δ' ἔμετοι μᾶλλον τοὺς ἰσχιαδικοὺς τῶν διὰ τῆς ἄνω γαστρὸς κενώσεων ἀντισπῶντες τὴν κάτω ῥοπὴν τῶν χυμῶν. χρηστέον δ' αὐτοῖς ἐν ἀρχῇ μετὰ τὴν τροφὴν, ὕστερον δὲ καὶ διὰ ἐμετικῶν βολβῶν τε καὶ ῥαφανίδων. δεῖ δὲ τοὺς μὲν βολβοὺς ἐν ὕδατι ἕψοντας μετ' ὀξυμέλιτος προσφέρειν, τὰς δὲ ῥαφανῖδας εἰς λεπτὰ κόψαντας καὶ ἐναποβαλόντας ὀξυμέλιτι ἐσθίειν, καὶ ὥραν πολλὴν διαλιπόντας ἐπὶ τοὺς ἐμέτους ἄγειν, κἄπειτα ἐξῆς μακρὸν διαλιπόντας χρόνον λούειν· εἶτ' αὖθις διαλιπόντας ὡς ἅπασαν καταστῆναι τὴν ταραχὴν λεπτῶς διαιτᾶν.

[*Πρὸς παροξυσμοὺς ποδαγρικούς.*] Κράμβης φύλλα

hementerque cruciat. Mitigantibus itaque medicamentis utendum eſt. Nam in iſchii dolore neque magnopere refrigerantium neque vehementer calefacientium uſus eſt. Ab his enim fluxiones exacerbantur, quam ipſas quidem multus calor attrahat, magisque discuti prohibeat; frigus vero concretioni quiddam ſimile moliatur, fluxionesque discuſſu difficiles efficiat. Sed iſchiadicos juvant magis vomitus, qui vacuationibus ad ſuperiorem ventrem humorum deorſum irruentium impetum revellunt. Hi vomitus per initia provocandi ſunt ab accepto cibo *ſpontanei*, imo etiam poſtea bulbis vomitoriis et raphanis. Exhibentur autem in aqua cocti bulbi cum oxymelite: radicula vero ni tenues partes conciſa et oxymelite immerſa editur. Atque his uſi quum diuturnam horam intermiſerint, ad vomitum ducendi ſunt, poſteaque deinceps longo interjecto tempore lavandi; rurſusque demum ipſi quiescentes quoad omnis turbatio deſierit, tenui victu reficiendi ſunt.

[*Ad podagricas acceſſiones.*] Braſſicae foliis decoctis

Ed. Chart. X. [600.] Ed. Baſ. II. (483. 484.)

καθεψήσας καὶ λειώσας πρόσβαλε τρύγα ὄξους καὶ ὠῶν ἀνέφθων λεκύθους β'. καὶ βραχὺ ῥόδινον καὶ μίξας ἐπιμελῶς καὶ χλιάνας κατάπλασσε ἀμείβων συνεχῶς. ἄλλο. τῷ καταπλάσματι τῷ συνήθως διὰ τῶν σύκων ἡψημένῳ πρόσβαλε ὑοσκυάμου φύλλα καὶ συνεψήσας κατάπλασσε.

[*Πρὸς πυρώδεις φλεγμονάς.*] Φακὸν τὸν ἐπὶ τῶν τελμάτων ὄξει καὶ ῥοδίνῳ κατάπλασσε. ἄλλο. πτελέας φύλλα χυλίσας καὶ ἑψήσας κηρωτῇ κατάχριε.

[*Πρὸς τὰς ὑπερβαλλούσας πυρώσεις.*] Θριδακίνης φύλλα ἐπιμελῶς τρίψας σὺν ἄρτῳ κατάπλασσε συνεχῶς ἀμείβων. ἄλλο. κορίανδρον τὸ χλωρὸν λειώσας σὺν ἀλφίτῳ κατάπλασσε.

[*Πρὸς τὰς χαύνας φυματώσεις.*] Ἀλέλαιον ἐπιμελῶς λειώσας κατάπλασσε, ἐπιτιθεὶς οἰσυπηρὸν ἔριον.

[*Πρὸς ἰσχιαδικούς.*] (484) Σκορόδων ὄνυχας τρεῖς καθαρίσας ὑγιεῖς κατάπιε μετὰ τὸ δειπνῆσαι πίνων συγκερασταικόν· τοῦτο συνεχῶς ποιεῖν πεπείραται. ἄλλο. χελιδόνιον ἄγρευσον, καὶ ἐὰν ᾖ ὁ δεξιὸς ποὺς ὃν πάσχεις, τῇ δεξιᾷ

ac contritis addito aceti faecem, lutea duorum ovorum crudorum ac roſacei parum; quae accurate mixta in modum cataplasmatis tepida imponito frequenter renovans. *Aliud.* Cataplasmati vulgari et uſitato ex caricis elixo adjecta hyoscyami folia incoque et admove.

[*Ad fervidas inflammationes.*] Lenticulam paluſtrem ex aceto et roſaceo imponito. *Aliud.* Ulmi foliis expreſſum ſuccum et coctum cum cerato illine.

[*Ad exuperantes ardores.*] Lactucae folia exacte cum pane trita applica frequenter iterando. *Aliud.* Coriandrum viride tritum cum polenta admove.

[*Ad laxas inflationes.*] Salem ex oleo diligenter tritum ſuccidaque lana exceptum ut cataplasma admove.

[*Ad iſchiadicos.*] Alliorum aglitas tres purgatas integras deglutiendas exhibe poſt coenam, contemperatum bibens; id crebro effice, expertum eſt. *Aliud.* Hirundinem cape, atque ſi ſit pes dexter quo laboras, dextra

Ed. Chart. X. [600.] Ed. Baf. II. (484. 483.)

χειρὶ τὰ πτερὰ πατήσας τῷ πάσχοντι καὶ κνήσας ἕλκε τὸ αἷμα ἀπὸ ἄνωθεν τῆς κοτύλης ἕως τοῦ ἀστραγάλου σύρων τὸ αἷμα ὅλῳ τῷ χελιδονίῳ, καὶ λεπίσας καὶ ὀπτήσας φάγε μηδὲν βαλὼν ἔξω καὶ φαγὼν παραυτίκα ἄλειψον ἐλαίῳ ἕως ἐπὶ τὸν ἀστράγαλον ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ θαυμάσεις. πεπείραται δὲ πάνυ καὶ τοῦτο. ἄλλο. κορώνην ἀγρεύσας σπούδασον ἀσινῆ διαφυλάξαι, καὶ ἐὰν μὲν τὰ δεξιὰ μέρη τὰ πάσχοντα ᾖ, τὸν μικρὸν δάκτυλον τὸν ὄπισθεν τῆς κορώνης τοῦ δεξιοῦ ποδὸς κόψας περιτίθει. μύρῳ δὲ χρίσας τὰς πτέρυγας τῆς κορώνης ἔα ἵπτασθαι. ἐὰν δὲ ἀριστερὰ μέρη πάσχῃ, τοῦ ἀριστεροῦ ποδὸς τὸν προδεδηλωμένον κόψας περιτίθει. ποίει δὲ τἄλλα ὡσαύτως, πεπείραται δὲ τοῦτο συνεχῶς.

Κεφ. ιζ'. [*Περὶ θανασίμων φαρμάκων.*] (483) *Περὶ τῶν θανασίμων φαρμάκων οὔτε ἀδιορίστως ἐνθάδε γράφειν ἀσφαλὲς καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἐκτιθέμενον κατὰ τῶν ἑπομένων συμπτωμάτων ἐπάγειν οὕτως τὰς θεραπείας χαλεπόν. παρέχοι γὰρ ἂν ἡ τοιαύτη πραγματεία ἀφορμὴν κακίας τοῖς κακουργεῖν*

manu alas contere aegrotanti, incide, trahe ſanguinem a ſuperiore acetabuli parte adusque talum trahens ſanguinem ex tota hirundine et extracta pelle et aſſa comede nihil foras projiciens et confeſtim comedens inunge oleo usque ad talum per tres dies et miraberis. Expertum eſt admodum. *Aliud.* Cornicem capies, ſtude illaeſam conſervare, et ſi dextrae partes affectae ſint, parvum digitum poſteriorem cornicis dextri pedis conciſum circumpone, unguento vero illitas alas cornicis ſinito volare. Si vero ſiniſtrae partes aegrotent, ſiniſtri pedis prius declaratum digitum conciſum admove. Effice et alia eodem modo, id ſaepe exploratum eſt.

Cap. XVII. [*De mortiferis medicamentis.*] De letalibus medicamentis neque indiſtincte hic ſcribere tutum eſt, neque parvi laboris de omnibus ſingulatim deque comitantium haec ſymptomatum curatione differere. Ejusmodi autem tractatio iis malitiae occaſionem praeberet

Ed. Chart. X. [600. 601.] Ed. Baſ. II. (483.)

βουλομένοις. ἃ δὲ κοινῶς βοηθεῖν πεπίστευται τοῖς εἰληφόσι τὰ δηλητήρια, ταῦτα γράφω. παραυτίκα μὲν πεπωκότας ἐμεῖν κέλευε, ποτίζων πλεῖστον ὑδρέλαιον συνεχῶς καὶ παντοδα [601] πὰ σιτία δίδου, εἰς καιρὸν αὖθις δ' ἐμεῖν κέλευε· ἢ γὰρ συνεξεργασθήσεται τὸ φάρμακον, ἢ ἐπικραθὲν ἀμβλυωτέραν ἕξει τὴν δύναμιν. εἰ δὲ διακαίοιντο τὴν γαστέρα μετὰ τὸν ἔμετον, ὑδροροδίνῳ ποτίσας αὖθις ἐμεῖν κέλευε. δίδου δὲ, εἰ χρὴ, καὶ τῆς θηριακῆς μετὰ οἴνου ἢ ἀρκευθίδας θ'. καὶ πηγάνου κ'. φύλλα λειώσας ποτίζειν, ἢ χαμαιπίτυος βοτάνης. καὶ ὕπνου παντελῶς εἴργε καὶ ψηλαφίᾳ τῶν ἄκρων χρῶ. εἰ δὲ καὶ ὑποβιασθῆναι τὸ κακὸν ἔμφασιν ἔχοι, δακνομένης καὶ ἐρεθιζομένης τῆς κάτω γαστρὸς, κλυσμοῖς δριμέσι χρηστέον, μέλι δαψιλὲς καὶ ἀφρόνιτρον ἢ ἕτερόν τι τῶν συνταραττόντων συμπλέκοντας. τοὺς δ' ἀπὸ μυκήτων πνιγμοὺς κουφίζει ὀξύμελι μετὰ νάρδου πινόμενον καὶ ὀρνίθων τῶν κατοικιδίων ἄφοδος μετ' ὀξυμέλι-

quibus maleficiendi eſt animus. At ea ſcribo quae vulgo creduntur iis opitulari qui letalia medicamenta devoraverint. Quamprimum jube eos vomere, epoto prius hydrelaeo et plurimo et frequenter, et varia cibaria exhibe, a quibus tempeſtive rurſum vomant jubeto: ſic enim aut ſimul rejicietur mortiferum medicamentum, aut evictum obtuſiorem habebit facultatem. Quod ſi ventriculus a vomitu aduratur, aquam roſaceo oleo mixtam potui offerto et eos vomere rurſus jubeto. Da vero ſi ſit opus et theriacen bibendam ex vino, aut juniperi baccas novem et rutae trita viginti folia aut herbae chamaepityos. A ſomno prorſus arce extremarumque partium utitor frictione. Quod ſi malum videatur tibi altius in ventrem nunc deſcendiſſe, quod ex ventris inferioris irritatione cognoſces, utendum acribus clyſteribus, cujus generis ſunt qui ex melle copioſiori et aphronitro conſtant aut alio quovis, cui irritandi ventris ſit facultas. At ſtrangulationi a devoratis fungis medetur nardus ex oxymelite pota. Idem poteſt gallinarum domeſticarum ſimum ex oxymelite. Cae-

Ed. Chart. X. [601.] Ed. Baſ. II. (483. 484.)

τος. ἐπὶ δὲ τυρωθέντος γάλακτος καὶ διὰ τοῦτο πνιγμὸν ἐπάγοντος πιτύαν ἐν οἴνῳ διεὶς πότιζε.

(484) Ὁ μὲν οὖν τέταρτός μοι λόγος, ὦ Γλαύκων, ἐνθάδε πέρας ἐχέτω· εἰ δέ σοι χρεία γένηται καὶ τοῦ πρὸς Σαλομῶντα τὸν ἀρχίητρον γεγραμμένου ἡμῖν συντάγματος, δηλώσας ἑτοίμως λήψῃ, θαυμάσεις δὲ πάνυ δεξάμενος.

terum ſuffocationi ex concreto in ventriculo lacte auxiliatur potum cum vino coagulum.

Quartus itaque mihi liber, o Glauco, hic finem habeto. Quod ſi *pluribus* tibi opus ſit, ea in eo quod ad Salomonem medicorum principem ſcriptum eſt opere declaravi facile; uſurpabis et admodum probata admiraberis.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΕΥΠΟΡΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Ed. Chart. X. [602.]

[602] Προοίμιον. Ἐπειδὴ μὲν ἠξίωσας ὡς περὶ εὐπορίστων σοι γράφειν, ὦ Σόλων τιμιώτατε, χαρίζεσθαί σοι νενόμικα τά μοι διὰ τῆς πείρας ἐγνωσμένα γράφειν τε καὶ σοι ἐπιστέλλειν, ἀπὸ τῶν τριχῶν πρὸς τὰς πόδας προβαίνων, ὅπως ἄνθρωπος ῥᾳδίως αὐτὰ προσλαμβάνειν δύνηται. ἀρχόμεθα μὲν οὖν πρῶτον ἀπὸ τῶν τριχῶν.

Κεφ. α'. [Περὶ εὐπορίστων τῶν ταῖς ἔξωθεν τῆς κεφαλῆς διαθέσεσι θεραπευομέναις προσηκόντων.] [Περὶ βαμμάτων τῶν τριχῶν.] Καταχρίσεις τῶν τριχῶν, ὡς

GALENI DE REMEDIIS PARABILIBUS LIBER SECUNDUS.

Prooemium. Quia petiisti ut de facile parabilibus remediis ad te scriberem, Solon cariſſime, gratum tibi esse putavi quae mihi per experientiam cognita sunt scribere et ad te mittere, a capillis usque ad pedes procedens, ut homo facile possit ipsa adipisci. Incipiamus igitur primo a capillis.

Cap. I. [*Parabilia externis capitis affectibus curandis idonea.*] [*De tincturis capillorum.*] Unctiones ca-

Ed. Chart. X. [602. 603.]

αἱ πολιαὶ μελάνοχροι γένηται. σκορίαν σιδηροῦ καὶ μόλυβδον ἐν ὄξει ἑψήσας μέχρι τὸ τρίτον λειφθῇ ἐπιχρίου, ἐλαίου ἀπεχόμενος τῶν τριχῶν ἅπτεσθαι. ἄλλο. καππάρεως ῥίζα λεία σὺν γάλακτι ὀνείῳ μέχρι τὸ τρίτον λειφθῇ ἑψήσας καὶ χρῶ. τοῦτο φύλαττε, τελέως γὰρ τὰς τῆς κεφαλῆς τρίχας μελαίνει. ἄλλο. χολὴν τῆς χελώνης θαλασσίας διαλύσας σὺν ἐλαίῳ καὶ τὰς τρίχας κατάχριε. ἄλλο. ἀπὸ καρύας τὰ ὡσανεὶ βοτρύδια ἐλαίῳ ἑψήσας ὑγρὰν ἄσφαλτον μίξον καὶ κατάχριε. ἄλλο. μόλυβδον σὺν ἐλαίῳ ἐν τῷ ἀγγείῳ ἀπολαβὼν αὐτῷ τὰς τρίχας κατάχριε. ἄλλο. χερσαῖον ἔχινον κατακαύσας καὶ σὺν ἐλαίῳ διαλύσας τὰς τρίχας κατάχριε καὶ ἔα διὰ τῆς ὅλης νυκτός. ἄλλο. προφυλακτικὸν ὥστε μὴ γενέσθαι πολιάς. κολοκυνθίδα ἀγρίαν τρυπήσας κάθαρον τὰ ἔσω εὖ μάλα. εἶτα πλήρωσον αὐτὴν ἐλαίου δαφνίνου καὶ πρόβαλλε [603] ὑοσκυάμου λευκοῦ σπέρματος μὴ τρίψας· καὶ ἄφες αὐτὸ μίαν ἡμέραν, καὶ ἄλειφε χρησίμως ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ. πρὸς τὸ λευκὰς ποιῆσαι τρίχας. χελιδόνος κόπρον τρίψας σὺν χολῇ ταυρείᾳ μίσγε, καὶ γίνονται

pillorum, ut etiam cani fiant nigri. Scoriam ferri et plumbum coque in aceto usque ad tertiam partem et illine, et oleo tangi capillos prohibe. *Aliud.* Radices capparis tere et coque in lacte asinae usque ad tertiam partem et utere; hoc serva, quia prorsus denigrat pilos capitis. *Aliud.* Testudinis marinae fel dissolve cum oleo et unge capillos. *Aliud.* Racemulos in nucibus pendentes in oleo coque, bitumen liquidum adde et unge. *Aliud.* Plumbum cum oleo repone in vase plumbeo et eo unge capillos. *Aliud.* Echinum terrestrem combure et cum oleo dissolvens unge capillos et dimitte per totam noctem. *Aliud* quod ne cani fiant prohibet. Recipe colocynthidem et perfora eam et purga ipsam bene ab iis quae sunt intus; deinde imple oleo laurino et adde semen hyoscyami non contritum, dimitte unum diem et unge semel in anno. *Ad dealbandos capillos.* Stercus hirundinis terens cum felle tauri unge et albi fient. *Aliud.* Verbasci albi

Ed. Chart. X. [603.]
λευκαί. ἄλλο. φλόμου λευκῆς τὸ ἄνθος καύσας ὄξει σβέσον καὶ συμμίξας καὶ σμήγματι χρῶ. πρὸς τὸ πυρρὰς ποιῆσαι τρίχας. τὴν στυπτηρίαν ἐν ὕδατι ἑψήσας καὶ διάβρεχε δυοῖν ἡμερῶν τὰς τρίχας, καὶ μετὰ τοῦτο διάκλυζε σὺν ὕδατι, ἐν ᾧ τρυγίας κεκαυμένος διαλελυμένος ἦ. ἄλλο. ἑψήματι τῶν θερμῶν πικρῶν τὰς τρίχας διάβρεχε, ἢ αὐτοὺς θερμοὺς πικροὺς τρίψας καὶ διαμίξας σὺν ὕδατι κατάχριε. ἄλλο. τρυγίαν οἴνου παλαιοῦ κεκαυμένην καὶ σὺν ἐλαίῳ βαλανίνῳ λειουμένην συμμίξας πρὸς τῆς κηρωτῆς πάχος καὶ τρίχας σύγχριε, ὅταν μέλλῃς καθεύδειν. ἄλλο. κύπρου φύλλα λεῖα τῷ στρουθίου χυλῷ ἐπίβρεχε καὶ χρῶ τούτῳ ἀποβρέγματι. ἄλλο. ἐρυθρόδανον, στοιχάδα κιτριοειδῆ, πολύτριχον, ἀψίνθιον καὶ θερμοὺς ἐς τὸ ὕδωρ κατάβαλλε, ἀναθήσας ἐν τῷ ἀγγείῳ ὑαλίνῳ, καὶ ἄφησον ἡμερῶν ἐννέα, ἀνακινέων δὶς ἐν ἡμέρᾳ· τῷ δὲ χρήσεως χρόνῳ ἀπολαβὼν τὸ προειρημένου ὕδατος ἱκανὸν, ἐπιβάλλων εἰς τὸ τοῦτο σπογγίαν καὶ τὴν ἀφήσας τὸ ὕδωρ ἐναπολημψομένην· καὶ ὅταν ἐξηρανθεῖσαι τρίχες ὦσιν αἱ τούτῳ ὕδατι προκαταβραχεῖσαι, αὐτὰς μετὰ τοῦ θερμοῦ ὕδατος καὶ σάπωνος ἔκκλυζε.

combure florem et extingue aceto et misce et mixtura utere. *Ut flavi fiant capilli.* Alumen coque in aqua et madefacito capillos duobus diebus, et poſt hoc lava cum aqua, in qua eſt diſſoluta faex vini uſta. *Aliud.* Decocto lupinorum amarorum madefacito capillos; vel ipſos lupinos amaros crudos terens et permiscens cum aqua illine. *Aliud.* Faecem vini veteris uſtam ac tritam permisce cum oleo balanino ad cerati craſſitudinem et unge caput. quando vadis dormitum. *Aliud.* Folia liguſtri trita infunde in ſucco lanariae et utere hoc diluto. *Aliud.* Rubiam, ſtoechadem citrinum, polytrichum, abſinthium et lupinos conjice in aquam, reponens in vaſe vitreo, et dimitte per novem dies, movens bis in die; tempore vero uſus accipiens dictae aquae quod ſufficit, mitte in eam ſpongiam et dimitte, ut imbibat aquam: et quando fuerint deficcati capilli ea aqua prius irrigati, ablue cum aqua calida et ſapone.

Ed. Chart. X. [603.]

[β'. Περὶ ῥεουσῶν τριχῶν.] Πρὸς ῥύσιν τριχῶν τὴν πτελέας ῥίζαν τε καὶ φύλλων ὀράγμα α'. ἐναποβρέξας τοῖς ὕδατος κυάθοις δ'. κατάχριε καὶ μετὰ τοῦτο τῷ ἐλαίῳ σύγχριε. ἄλλο. ἀκτὴν καύσας καὶ μετὰ κηρωτῆς ὑγροτάτης μίξας χρῖε. ἄλλο. ἀλόην μίξας σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ μέλανι ἐπίχριε. ἄλλο. σμύρναν καὶ λάδανον σὺν οἴνῳ ἢ ἐλαίῳ μυρσίνῳ κατάχριε. ἄλλο. λαβὼν μελίσσας τὰς πλείστας καὶ συγκαύσας καὶ μίξας ἐλαίῳ καὶ τὰς τρίχας κατάχριε, φυλάττων ἵνα μὴ τὰ πέριξ καταχρίῃς. ἄλλο. μελάνθιον καύσας καὶ μετὰ ὕδατος τρίψας καὶ μίξας κατάπλαττε· μάλιστα δὲ τοῦτο τοῖς ὀφρύσιν συμφέρει.

[γ'. Πρὸς τὰς ἐκ νόσου ἀπορῥεούσας τοῖς ἀναλαμβανομένοις τρίχας.] Λάδανον σὺν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ῥοδίνῳ ἐψήσας πρὸς τῆς κηρωτῆς πάχος καὶ κατάχριε. ἄλλο. ῥίζαν τῆς μορέας φλοισθεῖσαν σύγκαιε καὶ ἔψε, ὡς εἴρηται. ἄλλο. τὸ ψυλλίου σπέρμα τρίψας τίθετι ἐν τῇ κονίᾳ καὶ τὴν κεφαλὴν σύγκλυζε. ἄλλο. ᾧ ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ πυρὸς περικεκαυμένῳ τόπῳ αἱ γίγνωνται τρίχες. φύλλα τῆς συκέας τρι-

[2. *De capillorum defluvio.*] Ad casum capillorum ulmi radicem et foliorum manipulum j, macera in iv cyathis aquae et unge et post hoc unge cum oleo. *Aliud.* Sambucum combure ac misce cum cerato liquidissimo et unge. *Aliud.* Aloën permisceto cum vino nigro austero et ungito. *Aliud.* Myrrham et ladanum illine cum vino aut oleo myrtino. *Aliud.* Accipe apes multas et combure et misce cum oleo et unge, cavens ne ungas ea quae sunt circa. *Aliud.* Recipe nigellam, combure et tritam miscens cum aqua illine; maxime autem confert superciliis.

[3. *De capillis, qui cadunt iis qui reficiuntur ex morbo.*] Ladanum cum vino et oleo rosaceo coquito ad crassitudinem cerati et ungito. *Aliud.* Radicem mori decortica et combure et coque, ut dictum est. *Aliud.* Pulicariae semen terens, pone in lixivio et lava caput; deinde coque lentiscum et collue caput. *Aliud*, quo in loco

Ed. Chart. X. [603. 604.]

βέσθωσαν καὶ εἰς ἄλευρον στρεφέσθωσαν καὶ τόπῳ ἐπιτιθέσθωσαν.

[*δ'. Ψίλωθρα.*] *Ἐγκέφαλον νυκτερίδος τρίψας μετὰ γάλακτος γυναικείου καὶ ἐπίχριε. ἄλλο. χολὴν θύννου κισσοῦ τοῦ δακρύου ἢ κόμμεως καὶ κατάχριε. ἄλλο. λαβὼν τὸ αἷμα λαγωοῦ θαλαττίου νεογενὲς ἐπιτίθετι. ἄλλο. αἷμα τοῦ ἐλάφου συμμίξας ὄξει καὶ ἐπίχριε. ἄλλο. τὸ κνήδης ἀγριοστέρας σπέρμα λαβὼν, σὺν ἐλαίῳ τρίψας καὶ αὐτῷ τὸν τόπον τρῖβε. ἄλλο. νυκτερίδας πλείστας ζωὰς τίθετι ἐν ἀσφάλτῳ καὶ ἔασας ὡς σήπωνται καὶ τόπον ὀντιναοῦν κατάχριε.*

[*ε'. Πρὸς ἀλωπεκίας.*] *Μύα καύσας καὶ λεῖον ἀρκτείῳ στέατι μίξας κατάχριε, προανατρίβων κρομμύῳ λευκῷ τὸν τόπον. ἄλλο. κανθαρίδας κατακαύσας καὶ τρίψας, κόνιτρον τῷ μέλιτι ἀναλαβὼν, κατάχριε. ἄλλο. τοῖς φύλλοις συκίνοις τρῖψον ἀκριβῶς,* [604] *ἔπειτα χρῖε σὺν τῷ ἀρκτείῳ στέατι. ἄλλο. ἀφρὸν θαλάσσης συγκαύσας καὶ τρίψας καὶ συμμίξας ἐλαίῳ κατάχριε. ἄλλο. βατράχιον τὸ μακροσκελὲς*

combuſto ab igne oriantur capilli. Folia ficus terantur et in farinam vertantur et apponantur loco.

[4. *Pſilothra.*] Cerebrum veſpertilionis terito cum lacte mulieris et illine. *Aliud.* Fel thunni miſce cum lacrima vel gummi hederae et illine. *Aliud.* Accipe ſanguinem recentem leporis et adhibe. *Aliud.* Sanguinem cervi permisce cum aceto et obline. *Aliud.* Semen urticae ſilveſtris accipe, tere cum oleo et frica ipſo locum. *Aliud.* Veſpertiliones plures vivos pone in bitumine et dimitte ut putreſiant et unge quemvis locum.

[5. *Ad alopecia.*] Murem combure et tere et pulverem permiſce cum adipe urſino et unge, prius fricans locum cepa alba. *Aliud.* Cantharidas combure et tere et pulverem permiſce cum melle et ungito. *Aliud.* Foliis ficulneis frica diligenter, deinde unge cum adipe urſino. *Aliud.* Spumam maris combure et terens permisce cum oleo et unge. *Aliud.* Ranam habentem longa crura com-

Ed. Chart. X. [604.]
κατακαύσας καὶ λεῖον μετὰ πίσσης ὑγρᾶς καὶ προανατρίβων τὸν τόπον αὐτὸν κατάχριε. ἄλλο. ἵππου ποταμίου τὸ δέρμα συγκαύσας κατάχριε τὸν τόπον. ἄλλο. τῷ αἵματι χελώνης θαλασσίας τὸν τόπον κατάχριε. ἄλλο. λαβὼν μυόχοδον καὶ τρίψας καὶ συμμίξας τῷ ὄξει πρὸς τῷ μέλιτος πάχος καὶ προανατρίβων τὸν τόπον κατάχριε. ἄλλο. ἀσφόδελον τρίψας καὶ μίξας τῷ ὄξει ἢ τῷ οἴνῳ, καὶ προξυρεύσας, τόπον τρῖβε τοῖς συκέας φύλλοις ἢ τῷ πανίῳ ὑφάσματι τραχεῖ καὶ κατάχριε. ἄλλο. ῥίζαν καλάμου καύσας καὶ μίξας τῷ ἀρκτείῳ στέατι καὶ κατάχριε. ἄλλο. τιθύμαλλον τρίψας κατάχριε τὸν τόπον.

[στ'. *Περὶ πιτυριάσεως.*] *Κιμωλίαν προβρέξας ὕδατι, μῖξον χυλὸν τεύτλου καὶ κατάχριε καὶ ἔα ἕως ἂν ἀποξηρανθῇ· εἶτα ἀποπλύνας λεῖον λιβανωτὸν σὺν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ κατάχριε καὶ ἔα ἕως ἂν ἀποξηρανθῇ· τῇ ὑστεραίᾳ ἡμέρᾳ σταφίδα ἀγρίαν βοτάνην σὺν ἐλαίῳ κατάχριε. ἄλλο. λαβὼν νίτρου καὶ τρυγὸς οἴνου καὶ μυροβαλάνων, ἀνὰ λίτραν α'. βοτάνης σταφίδος ἀγρίας λίτραν α'. καὶ S''. μίξας ἐλαίῳ*

bure et terens miſce cum pice liquida et unge locum praefricando ipſum. *Aliud.* Equi fluvialis pellem combure et unge locum. *Aliud.* Sanguine teſtudinis marinae unge locum. *Aliud.* Accipe muscerdam et tere et permisce cum aceto ad mellis craſſitudinem et unge praefricato loco. *Aliud.* Aſphodelum tere et permisce cum aceto vel vino, et praeradens locum frica foliis ficus vel panno aſpero, et illine. *Aliud.* Radicem cannae urito et permisceto cum adipe urſi et ungito. *Aliud.* Tithymallum tere et unge locum.

[6. *De porrigine.*] Cimoliae aqua prius maceratae misce ſuccum betae et illine et ſinito dum inaruerint; deinde lava; poſt thus masculum tere, permiſce cum vino et oleo atque unge, ac ſinito quousque deſiccetur; ſequenti vero die herbam pedicularem ex oleo illinito. *Aliud.* Accipe nitri, faecis vini, mirobolanorum, ſingulorum libram, herbae pedicularis ſesquilibram, permisce

Ed. Chart. X. [604.]
παλαιῷ κατάχριε. ἄλλο. πρὸς δὲ τὰς ὑγροτέρας πιτυριάσεις ἅλμῃ ἀπόκλυζε, ἢ θερμῶν ἀποβρέγματι· πεπείραται γάρ. ἄλλο. τῷ τῆς ἀνδράχνης χυλῷ τὴν κεφαλὴν ἀπόκλυζε. ἄλλο. κατάχριε τὴν κεφαλὴν χυλῷ τεύτλου ἑψηθέντι, ἢ ὠμῷ τῷ μέλιτι μεμιγμένῳ. ἄλλο. κιμωλίαν μίξας τῷ τήλεως ἑψήματι κατάπλασσε. ἄλλο. σικύου ἀγρίου ῥίζαν ἑψήσας τῷ ἀφεψήματι χρῶ. ἄλλο. σκίλλαν ὀπτήσας καὶ ὅταν μαλακὴ γένηται, ἐκπιάσας τὸν χυλὸν, καὶ μίξας ἐλαίῳ, κατάχριε.

[ζ'. *Πρὸς ψυδράκια καὶ ἐξανθήματα γιγνόμενα ἐν τῇ κεφαλῇ.*] Ψυδράκιά εἰσι μικραὶ τῆς κεφαλῆς ὑπεροχαὶ φλυκτίσιν ὅμοιαι, ὑπερκείμεναι τῆς ἐπιφανείας. τὰ δὲ ἐξανθήματα κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἐπιπόλαιαι ἑλκώσεις ὑπέρυθροι καὶ τραχεῖαι. ἀμφότερα δὲ θεραπεύονται δυνάμεσι ταῖς ὑποτεταγμέναις. πρῶτον λαβὼν τὸ λείωμα καὶ προσβαλὼν ἐν τῷ οἴνῳ καὶ ᾧ κηρωτὴν προστιθέντι. ἄλλο. ποίει κηρωτὴν ἐκ κύπου καὶ τοῦ ψιμυθίου καὶ κατάχριε. ἄλλο. προσλαμβάνων ἀμύλου, ψιμυθίου, στυπτηρίας, πηγάνου

cum oleo antiquo et unge. *Aliud.* Humidas autem porrigines aqua ſalſa vel decocto lupinorum ablue; eſt enim uſu probatum. *Aliud.* Lava caput ſucco portulacae. *Aliud.* Unge caput ſucco betae cocto vel crudo permixto cum melle. *Aliud.* Cimoliam permiſce cum decocto foenigraeci et impone. *Aliud.* Radicem cucumeris ſilveſtris coque et ejus decocto lavato. *Aliud.* Scillam coque, ubi fuerit mollis, exprime ſuccum et ei parum olei admisce et unge.

[7. *De pſydraciis et exanthematibus capitis.*] Pſydracia ſunt parva tubercula facta in capite, ſimilia veſicis eminentibus in ſuperficie. Exanthemata vero ſunt ulcerationes factae in ſumma cutis ſubrubicundae et asperae. Curantur autem utraque remediis ordine ſubſequenti poſitis. Primum accipe lomentum et funde in vinum et appone ut ceratum. *Aliud.* Fac ceratum ex liguſtro et ceruſſa et illine. *Aliud.* Accipe amyli, ceruſſae, aluminis, foliorum viridium rutae, ſingulorum drachmas quatuor,

Ed. Chart. X. [604.]
φύλλων χλωρῶν ἀνὰ < δ'. σὺν ὄξει μίξας καὶ ἐλαίῳ μυρσίνῳ κατάχριε. ἄλλο. προσλάμβανε λιθαργύρου, ψιμυθίου ἀνὰ < αβ'. θείου ἀπύρου < η'. ἐλαίῳ μυρσίνῳ ἀναλάμβανε καὶ κατάχριε.

[η'. *Περὶ ἀχώρων καὶ κηρίων.*] Ἀχὼρ πάθος ἐστὶν ἐν τῇ κεφαλῇ γινόμενον, τὸ λεπτοῖς πάνυ τρήμασι τὸ δέρμα κατατήρον, δι' ὧν ἰχὼρ ἀποδίδοται γλίσχρος. ὅμοιον δὲ αὐτῷ πάθος κηρίον, ἀλλὰ τὰς κατατρήσεις ἔχει μείζονας ὑγρότητος μελιτώδους περιεκτικάς. οὕτω δὲ θεραπεύονται. ξυρήσας τὰς τρίχας πυρία δὶς ἢ καὶ τρὶς ἢ καὶ πλεονάκις ὕδατι θερμῷ ἐναφηψημένης μυρσίνης ἢ βάτου ἢ φακοῦ ἢ πικρῶν θερμῶν ἢ ἀσπαράγου ῥίζης· ὅταν δὲ πλείονες ἰχῶρες ῥέωσι, κατάπλασσε φύλλοις ἰτέας μεθ' ὕδατος, ἢ φακῷ ἐν ὕδατι ἑψηθέντι. συμφέρει δὲ τὴν κεφαλὴν τῷ θείῳ τε καὶ περδικιάδος καὶ σάπωνι προχρίειν. λαβὼν λιθαργύρου < ιστ'. πηγάνου φύλλων < η'. σταφίδος ἀγρίας < δ'. χαλκάνθου < β'. ὄξει καὶ μυρσίνῳ ἐλαίῳ ἀναλάμβανε.

permisce cum aceto et oleo myrtino et unge. *Aliud.* Accipe ſpumae argenti, ceruſſae, ſingulorum ſesquiunciam, ſulfuris ignem non experti drachmas octo, dilue oleo myrtino et unge.

[8. *De achoribus et favis.*] Achor eſt affectio oriens in capite, perforans cutim tenuibus foraminibus, per quae exit ſanies parum viscoſa. Affectio ſimilis eſt favus, ſed facit foramina majora continentia humiditatem melli ſimilem. Curantur autem ſic. Abraſum caput fove bis aut ter aut ſaepius aqua calida decocti myrti aut rubi aut lentis aut lupinorum amarorum aut radicis asparagi; quum autem effluet multa ſanies capiti, folia ſalicis aut lentem coctam in aqua imponito: confert etiam ante caput ſulfure et parietaria et ſapone oblinere. *Aliud.* Accipe lithargyri drach. xvj, foliorum rutae drach. viij, herbae pedicularis drach. iv, attramenti ſutorii drach. ij, aceto et oleo myrtino excipito.

Ed. Chart. X. [605.]

Κεφ. β'. [Περὶ τῶν τῆς κεφαλῆς παθῶν.] [605] *[α'. Περὶ τρυμοῦ τῆς κεφαλῆς.] Στοιχάδα δίδου πίνειν σὺν ὕδατι. ἄλλο. ἀρτεμισίας λεπτοφύλλου χυλὸν μίξας ἐλαίῳ ῥοδίνῳ καὶ τὰ τῶν νεύρων ῥίζια κατάχριε. ἄλλο. ἀκάνθας λευκῆς σπέρμα δίδου πίνειν. ἄλλο. καστόριον ὕδατι διακλύσας δίδου πίνειν.*

[β'. Περὶ κεφαλαλγίας.] Κέρας ἐλάφου καύσας καὶ τρίψας καὶ μίξας ἐλαίῳ ῥοδίνῳ κατάχριε τὸ μέτωπον καὶ κροτάφους. ἄλλο. ἐγκέφαλον γύπειον τρίψας τὴν κεφαλὴν κατάχριε καὶ κροτάφους. ἄλλο. ψύλλιον κατάχεε ἐλαίῳ ῥοδίνῳ μίξας καὶ χρῶ. τοῦτο δὲ συμφέρει καὶ πρὸς τὴν ἡμικρανίαν. ἄλλο. στύρακα τὴν ὑγρὰν μίξας ἐλαίῳ παράπλεκε. ἄλλο. ὀνίσκους τοὺς ὑπὸ ὑδρίαις διαγομένους ἐν ἐλαίῳ ἑψήσας τὴν κεφαλὴν κατάχριε. ἄλλο. κυτίνους ἢ τὰ βαλάντια ἐν οἴνῳ ἑψήσας ἢ ὕδατι θαλασσίῳ μέχρι τῆς τρίτου τοῦ μέρους καταναλώσεως, καὶ τρίψας καὶ μετὰ κηρωτῆς μίξας κατάχριε. ἄλλο. τῷ γλήχωνι καὶ μαράθρου ῥίζῃ σὺν ἀλεύρῳ

Cap. II. [*De internis capitis affectibus.*] [1. *De tremore capitis.*] Stoechadem da bibendam ex aqua. *Aliud.* Artemiſiae ſuccum parva habentis folia permisce cum oleo roſaceo et unge nervorum origines. *Aliud.* Spinae albae ſemen bibendum exhibe. *Aliud.* Caſtoreum aqua dilue et bibendum praebe.

[2. *De dolore capitis.*] Cornu cervi combure et tere et permisce cum oleo roſaceo et unge frontem ac tempora. *Aliud.* Cerebrum vulturis terens illine caput et tempora. *Aliud.* Pſyllium ſuffundens oleo roſaceo permisce et utere; hoc autem confert et ad hemicraniam. *Aliud.* Styracem liquidam permisce cum oleo et applica. *Aliud.* Aſellos ſub hydriis degentes coque in oleo et unge caput. *Aliud.* Flores mali punici vel ipſa balauſtia coque in vino aut aqua marina usque ad conſumptionem tertiae partis et tere et cum cerato permiscens admove. *Aliud.* Pulegio et foeniculi radice cum farina hordei line

Ed. Chart. X. [605.]

κριθίνῳ τοὺς κροτάφους κατάχριε. ἄλλο. ἡδύοσμον ἢ σίνηπι σὺν ὄξει μίξας κατάχριε κροτάφους δὶς ἐν ἡμέρᾳ.

[γ'. Πρὸς τῆς κεφαλῆς τε καὶ τῶν κροτάφων ἀλγήματα.] Προσλάμβανε ὀπίου τὸ κυάμου μέγεθος καὶ γλήχωνος καὶ σχίνου μερίδας ἓξ, καὶ ἀναλαβὼν ὄξει καὶ ἐλαίῳ ῥοδίνῳ κατάχριε. ἄλλο. ὀξυλάπαθον καὶ τὴν κικίδα τρίψας τὸ μέτωπον καὶ κροτάφους κατάχριε. ἄλλο. καστόριον διαλύσας ἐλαίῳ ῥοδίνῳ καὶ ὄξει κατάχριε μέτωπον καὶ κροτάφους. ἄλλο. ἴριδα ξηρὰν καὶ καρδάμωμον ἔλαττον ὄξει ἀναλύσας χρῖε τρίχας ὡς γυναῖκες ποιοῦσιν αὐτὰς καταχρίουσαι. ἄλλο. χυλὸν πευκεδάνου ἐλαίῳ ἰρίνῳ διαλύσας ἐπιτίθετι. ἄλλο. νεοττείαν χελιδόνων μὴ συγχωρήσῃς εἰς γῆν πίπτειν καὶ πηλὸν τὸν τῷ κόπρῳ μεμιγμένον λαβὼν καὶ τῷ ὄξει ἐν ἀγγείῳ ξυλίνῳ συμβρέξας καὶ ὑπάξας τὸ μέτωπον κατάχριε. ἄλλο. τὸ κόμμι κισσοῦ τῷ ὄξει τε καὶ ἐλαίῳ ῥοδίνῳ διαλύσας τοὺς κροτάφους κατάχριε. ἄλλο. βοήθημα σπυράθους, τουτέστιν ἀφοδεύματα αἰγὸς σὺν ὄξει καὶ ἐλαίῳ ῥοδίνῳ λειοτριβήσας κατάχριε τὸ μέτωπον καὶ κατάδησον φασκίᾳ·

tempora. *Aliud.* Mentem aut ſinapi cum aceto permisce et madefac tempora bis in die.

[3. *Ad dolorem capitis et temporum.*] Accipe opii magnitudinem fabae et pulegii partes ſex et lentisci et excipe aceto, ac oleo roſaceo et ungito. *Aliud.* Rumicem acidum et gallam tere et unge tempora et frontem. *Aliud.* Caſtoreum diſſolve cum oleo roſaceo et aceto; unge frontem et tempora. *Aliud.* Iridem ſiccam et cardamomum minus aceto reſolve et line capillos, ſicut faciunt mulieres quum inungunt eos. *Aliud.* Succum peucedani oleo irino diluens imponito. *Aliud.* Hirundinum nidum ne permittas in terram cadere, et lutum, quod eſt ſtercori mixtum capito, et aceto in vaſe ligneo ſubigito et illine frontem. *Aliud.* Gummi hederae aceto et oleo roſaceo diluens ungue tempora. *Aliud remedium.* Pilulas, hoc eſt caprinum ſtercus, ex aceto et oleo roſaceo terito, fronti illinito et faſcia deligato; id facito mane ac veſperi et caput dolentem ſanitati reſtitues. *Aliud.* Euphor-

Ed. Chart. X. [605. 606.]

ποίει δὲ πρωΐ καὶ δείλης καὶ ἰάσῃ τὸν κεφαλαλγοῦντα. ἄλλο. εὐφόρβιον καὶ μέλαν γραφικὸν λειώσας μετ' ὄξους κατάχριε τὸ μέτωπον. ἄλλο. παῖς ἄφθορος οὐρησάτω ἐπὶ τὴν οὐδὸν τῆς θύρας τοῦ πάσχοντος. σὺ δ' ἐπιβάλλων ὄξος τρῖβε ἀμφότερα εἰς ἓν ἐπὶ τὴν οὐδὸν, ὡς γλοιοῦ γίνεσθαι πάχος, καὶ κατάχριε τὸ μέτωπον αὐθωρόν. ἄλλο. ἐάν τις τίκτουσα κεφαλὴν πονῇ, σποδὸν ὄξει φυράσας κατάχριε. ἄλλο. δάκρυον κισσοῦ, μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου λειώσας, κατάχριε τὸ μέτωπον καὶ κροτάφους. ἐπίθεμα πρὸς ταυτά. κάρδαμον φυράσας ὄξει καὶ ῥοδίνῳ καὶ ποιήσας κηρωτῆς τὸ πάχος ἐπιτίθει ἀπὸ κροτάφου ἐπὶ κρόταφον. παραχρῆμα τὴν ὀδύνην παύει.

[*δ'. Πρὸς ἑτεροκράνιον.*] *Ἀκακίαν λαβὼν κηρωτῇ ῥοδίνῃ χρῶ. ἄλλο. κιχώριον ἐπιτιθέμενον καὶ πόνους κεφαλῆς καὶ τὰς ἐγκαύσεις τὰς γινομένας ἀφ' ἡλίου παύει.*

[606] [*ε'. Πρὸς ἐπιληπτικοὺς πότημα.*] *Ἰκτῖνον καύσας ζῶντα ἐν χύτρᾳ, δίδου πίνειν τὴν τέφραν καὶ ὑγιάσεις. ἄλλο. ἦπαρ αὐτοῦ καύσας καὶ τρίψας δίδου δι'*

bio et atramento ſcriptorio una cum aceto detritis frontem illine. *Aliud.* Puer impubes in limine aegroti januae mingat; tu vero acetum infundito, atque utrumque in unum ſuper limen commisceto, donec ſordium acquirat craſſitudinem, ac eadem illa hora fronti imponito. *Aliud.* Si qua ex partu capitis dolore tentetur, cinerem cum aceto admiscens fronti ſuperdato. *Aliud.* Hederae lacrima cum aceto et roſaceo mixta tempora et frontem obline. Epithema ad idem. Naſturtium cum aceto et roſaceo misceto ad ceratī craſſitudinem imponitoque ita, ut a tempore ad tempus pertineat; illico dolorem auferes.

[4. *Ad eos qui ex altera capitis parte dolent.*] Acaciam roſaceo cerato excipiens utere. *Aliud.* Cichorium impoſitum et capitis dolores et exuſtiones a ſole factas tollit.

[5. *Ad comitialem morbum.*] Milvum in olla cremato viventem cineremque propinato et ſanabis. *Aliud.* Ejusdem jecur uſtum et tritum ex aqua potui dato. *Aliud.*

Ed. Chart. X. [606.]

ὕδατος. ἄλλο. κόπρον ὀνείαν φρύξον καὶ λάμβανε ἀπ' αὐτῆς ὅσον κοχλιάρια β'. καὶ πότιζε καθ' ἡμέραν, καὶ ἀπαλλαγήσεται τοῦ πάθους· τοῦτο τῶν λίαν πεπειραμένων ἐστίν. ἄλλο. οὖρον κάπρου ἐν κάπνῳ ξηρὸν ποίει, ποτιζόμενον δὲ ὀξυμέλιτος· ἔστω δὲ τοῦ οὔρου τὸ μέγεθος κυάμου Αἰγυπτίου, μάλιστα δὲ συάργου. ἄλλο. κόπρος τράγειος ποιεῖ διδομένη ἕως πεντεκαίδεκα σπυράθων. ἄλλο. μαλάχης ἀγρίας χυλὸν δίδου ἐπὶ ἡμέρας λ'. πίνειν νηστικῷ, καὶ ἰάσῃ. ἄλλο. γαλῆς αἷμα κατάξηρον δίδου δι' ὕδατος. τοῦτο δὲ ποίει, ὅταν ᾖ παραύτικα πεσούμενος ὁ κάμινων. ἄλλο. ὀλίγον ἐλαίου τῇ λάγωῃ πητύᾳ κατάχεε καὶ καταπότια ποίεε, ἐξ ὧν [ὅθ' ἓν, ὁτὲ δύο δίδου. ἄλλο. γαλῆς αἷμα περίχριε καὶ τὴν γαλῆν δίδου φαγεῖν, ἀποκόπτων αὐτῆς τοὺς πόδας καὶ τὴν κεφαλήν· ποιεῖ ὁμοίως καὶ πρὸς χειράδας διδομένη γαλῆ. ἄλλο. μῦν ἀνατεμὼν ἐν ληγοσεληνίῳ δέξαι αὐτοῦ τὸ ἧπαρ καὶ ὀπτήσας δὸς φαγεῖν τῷ πάσχοντι. ὠφελεῖ καὶ τὸ ὀξύμελι σκιλλιτικὸν καὶ τὸ Ἰουλιανοῦ καὶ ἡ θηριακή.

Aſini ſtercus frictum cochleariorum duorum pondere quotidie exhibeto, atque aegrotus morbo liberabitur; id remedium longa experientia comprobatum eſt. *Aliud.* Urina verris in fumo arefacta ex oxymelite pota bene facit; eſto autem urinae portio ad Aegyptiae fabae magnitudinem, ſed optima eſt apri. *Aliud.* Hircinum ſtercus ad morbum comitialem proficit, ſi ex eo quindecim globuli ad ſummum exhibeantur. *Aliud.* Agreſtis malvae ſuccum aegrotus per triginta dies jejunus bibat et curabitur. *Aliud.* Muſtellae jecur aridum ex aqua propinato; id facias autem, quum aegrotus mox eſt caſurus. *Aliud.* Parum olei leporis coagulo infundito et pilulas facito; ex quibus modo unam, modo duas praebeto. *Aliud.* Muſtellae ſanguine oblinito ac muſtellam pedibus capiteque abjectis edendam apponito. Pariter et ſtirumis exhibita muſtella prodeſt. *Aliud.* Murem diſſecans per lunae ſilentium jecur ipſius extrahito et aſſum aegro, ut comedat, exhibeto. Juvat etiam oxymel ſcilliticum et Juliani et theriaca.

Ed. Chart. X. [606.]

[στ'. Ἄλλο ὀσφραντικὸν πρὸς ἐπιληπτικούς.] *Τιθύμαλλον τρίψας μετὰ ὄξους καὶ ἀλφίτων, μαζία ποιήσας δίδου ὀσφραίνεσθαι τῷ ἐπιληπτικῷ καὶ οὐ πεσεῖται. καὶ συμφέρει τοῦ πευκεδάνου τε καὶ πίσσης ὀσφρᾶσθαι.*

[ζ'. Ἐπιθυμίαμα τῷ γνῶναι εἰ ἔστιν ἐπιληπτικός.] *Λίθον ἐπιθυμίασον τὸν γαγάτην, αὐτῷ συμπεριβαλών, ὡς μὴ διασκίδνασθαι τὴν οσμὴν καὶ καταπεσεῖται εἴπερ ἑάλω τῷ πάθει.*

[η'. Πότημα πρὸς τὸ γνῶναι εἰ ἀθεράπευτοί εἰσιν οἱ ἐπιληπτικοί.] *Ἀκακίας δραχμὴν ὕδατι διεὶς πότιζε· ἐὰν ἐμέσῃ, ἀνίατόν ἐστιν· ἐὰν δὲ πυρέξῃ, πότερον συμφέρει αὐτῷ.*

[θ'. Ἀστροπλήκτων θεραπεία.] *Ὄνου οὖρον κατάχεε αὐτοῖς καὶ θεραπεύονται.*

[ι'. Ἐὰν πεπτωκότα ἐπιληπτικὸν θέλῃς ἐγεῖραι παραχρῆμα.] *Θύμον ἢ γλήχωνα τρίψας προσένεγκε αὐτοῦ τοῖς μυκτῆρσι.*

[ια'. Καθαρτικὸν διὰ μυκτήρων.] *Ἀναγαλλίδος τῆς*

[6. *Aliud odorabile ad comitialem affectum.*] Tithymallum cum aceto et polenta terens placentulas conficito olfaciendasque laboranti offerto et non cadet. Confert etiam odorari peucedanum et picem.

[7. *Suffimentum comitialem morbum detegens.*] Lapidem gagatem fuffito, ipfum circumvelans, ne odor diffipetur, cadetque fi re vera comitiali morbo affectus eft.

[8. *Potiones, per quas dignofcitur, utrum comitialis morbus fanabilis fit.*] Acaciae drachmam aqua diluens bibendam dato; fi vomuerit, infanabile malum eft, fin autem febricitaverit, potio ipfi prodeft.

[9. *A fidere percufforum curatio.*] Afini lotio ipfos confperge et fanescent.

[10. *Si comitiali morbo humi proftratum confeftim excitare vis.*] Thymum aut pulegium conterens ejus naribus admoveto.

[11. *Materiam per nares detrahentia.*] Anagallidis

Ed. Chart. X. [606. 607.]
τὸ κυανοῦν ἄνθος ἐχούσης τὸν χυλὸν εἰς τοὺς μυκτῆρας ἐνθεὶς κέλευε ὕπτιον ἀνανεύσαντα. τοῦτο δὲ βοηθεῖ πᾶσι τοῖς περὶ κεφαλὴν ὀχλουμένοις. ἄλλο. χυλὸν τοῦ κισσοῦ λευκοῦ ἔγχει εἰς μυκτῆρας. ἄλλο. μελάνθιον χυλίσας μετὰ ὑδρομέλιτος καὶ ἶριν, οὕτως χρῶ, ἔλαιον παλαιὸν μίξας. ἄλλο. σεύτλου ῥίζαν χυλίσας ἔγχει εἰς μυκτῆρας καὶ καθαίρει.

Κεφ. γ'. [Πρὸς τὰ ὦτων πάθη] [α'. Πρὸς τὰς διαθέσεις τὰς ἐν τοῖς ἀκουστικοῖς πόροις.] Ἐγκλύσας οἴνῳ κεκραμένῳ ἢ ὑδρομέλιτι τὸ οὖς ἔνσταζε λύκιον, λεάνας ἐν λεπυρίαις.

[607] [β'. Πρὸς φλεγμονὰς καὶ πόνους.] Σκορόδου τὸ ἐντὸς ἀμυγδαλοειδὲς θλάσας μετὰ ἐλαίου εἰς ξύστραν θερμάνας, ἔγχει τὸ ἔλαιον εἰς οὖς καὶ ἄπονος ἔσται.

[γ'. Πρὸς περιωδυνίαν.] Ἥπαρ χήνειον τεταριχευμένον τήξας μετὰ νάρδου καὶ ἀπομάξας εἰς τὸ οὖς ἐντίθει.

[δ'. Πρὸς ὦτα πυορροοῦντα.] Σπυπτηρίαν ὑγρὰν ἀνεὶς ὕδατι ἔμβαλον εἰς ὑέλινον ἀγγεῖον καὶ λειάνας ἔνσταζε.

caeruleum habentis florem ſuccum naribus inſtillato, jubetoque ſupinum aegrotum ſpiritum adducere; hoc enim omnibus ex capite laborantibus opitulantur. *Aliud.* Succum hederae albae naribus inſtillato. *Aliud.* Nigellae expreſſum ſuccum cum mulſa inſtilla. Ad eundem modum et iride veteri oleo admixto utitor. *Aliud.* Betae radicis ſuccum in nares infunde et caput purgat.

Cap. III. [*Ad aurium affectiones.*] [1. *Ad eas quae in auditoriis meatibus fiunt.*] Vino diluto aut mulſa aurem ſubluito, ac lycium in ovi putamine macerans infundito.

[2. *Ad inflammationes et dolores.*] Allii capitula contuſa cum oleo in olla calefacito, oleumque in aurem infundito et dolor ſedabitur.

[3. *Ad magnum dolorem.*] Anſerinum jecur ſalſum cum nardo eliquato et repurgans in aurem indito.

[4. *Ad aures ſanie manantes.*] Liquidum alumen aqua diluens in vitreum vas conde et maceratum inſtilla.

Ed. Chart. X. [607.]

[ε'. *Πρὸς τὰ πυορρόοῦντα καὶ περιωδυνῶντα.*] *Πράσου χυλὸν μέλιτι διεὶς χρῶ. ἄλλο. ὄπιον ἀνιεὶς γλυκεῖ εἰς τὸ οὖς ἔνσταζε χλιαίνων. ἄλλο. κεδρίαν ἐν ὀλίγῳ νάρδῳ ἔνσταζε. ἄλλο. μέλι καὶ ἔλαιον ἐν κενώμασι προχλιάνας ἔνσταζε.*

[στ'. *Πρὸς τερηδόνας καὶ πυορρόοῦντας.*] *Στυπτηρίαν σχιστὴν μετ' ὄξους καὶ γλυκέος ἑψήσας ἔνσταζε ποιῶν μέλιτος πάχος, ἐνεργὲς ἐπὶ προσφάτου καὶ ἐπὶ χρονίου.*

μενος. καὶ μετ' αὐτὸ ἔχριόν τε τῷ μέλιτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀνέτριβόν τε τὸ σῶμα τὰ μὲν πρῶτα διὰ σινδόνων μαλακωτάτων, εἶτα διὰ σκληροτάτων· ἐδίδουν τε κρέα τῶν ὀρείων ὀρνίθων, ἰχθύων δὲ πετραίων. ὡς δὲ διὰ τούτων ἡμέραις πεντεκαίδεκα τῆς θεραπείας γινομένης οὐδὲν ὅλως ἐφάνη τοῦ πάθους γνώρισμα, γνοὺς ὁ Βοηθὸς μεῖζον ἢ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν εἰργασμένον με, τέλεως ἐκθεραπεῦσαι τὴν διάθεσιν ἐδεῖτο, ὑποθήκας τε δοῦναι πρὸς τὸν λοιπὸν χρόνον, ὅπως μηκέθ' ὁμοίως νοσήσειε. ἐπεὶ δὲ πληρωθέντος τοῦ μηνὸς εὔχρους τε ἦν ἀκριβῶς, ὡς μηδὲν ἀποδεῖν ἀκριβῶς τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως, οὐδέν δὲ τοῦ ῥεύματος ἐπεφάνη, τετρακοσίους μὲν ἔπεμψέ μοι χρυσοῦς, ηὔξησέ τε τὸν φθόνον τούτων τῶν γενναίων ἰατρῶν ἐφ' οἷς ἐτύγχανεν ἐπαινῶν με. καὶ μέντοι καὶ αὐτὸς ἕτοιμος ἦν, ὥσπερ ὅ τε Σεβῆρος, τὸ μηνῦσαι τὰ κατ' ἐμὲ τῷ τε κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν ὄντι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ αὐτοκράτορι. Λεύκιος γὰρ ἀπεδήμει τῆς πόλεως ἕνεκα τοῦ Παρθικοῦ πολέμου γενηθέντος ὑπὸ Βολογέσου.

levi ac perfricui, primum ſane linteis molliſſimis, deinde duriſſimis; dedique carnes avium montanarum et piſces ſaxatiles exhibui. Poſtquam vero his remediis quintodecimo curationis die adveniente nulla prorſus affectus nota appareret, Boëthus intelligens plus a me quam eſſem pollicitus praeſtitum, rogabat ut in totum diſpoſitionem perſanarem, praeceptiones darem in reliquum tempus ne amplius ſimiliter aegrotaret. Quoniam vero menſe completo colorata exacte erat, ut nihil plane a naturali habitu deſideraretur, nihil quoque ex fluore conſpiceretur, quadringentos aureos ad me miſit, auxitque generoſorum horum medicorum invidiam, inde quod me laudibus extolleret. Quin etiam ipſe quemadmodum et Severus opera a me geſta haud detrectabat indicare Romanorum urbis imperatori Marco Aurelio Antonino. Lucius enim ab urbe diſceſſerat Parthici belli gratia, quod a Bologeſo ortum erat.

Ed. Chart. VIII. [844. 845.] Ed. Baſ. III. (458.)

Κεφ. θ'. [*Γαληνοῦ ἐπάνοδος εἰς τὴν πατρίδα καὶ ἡ πρὸς τῶν αὐτοκρατόρων ἐπανάκλησις αὐτοῦ.*] *Κἀγὼ θεασάμενος αὐτῶν τὴν ὁρμὴν καὶ δείσας μὴ φθασάντων τι πρᾶξαι κωλυθῶ τῆς ἐς Ἀσίαν ἐπανό-* [845] *δου, παρεκάλεσα βραχὺν ἐπισχεῖν χρόνον. ἐγὼ γὰρ ἔφην ἐρεῖν αὐτοῖς τὸν καιρὸν, ὁπόταν βουληθῶ τοῦτό μοι γενέσθαι. καὶ τοίνυν ὅταν ἐπυνθανόμην πεπαῦσθαι τὴν στάσιν, ἄφνω τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐξῆλθον, ὡς δῆθεν εἰς Καμπανίαν ἀπιών, ἵνα καταλιπὼν οἰκέτην φυλάττοντα τὰ κατὰ τὴν οἴκησιν· ᾧ προσέταξα πλοῖον ἐπιτηρήσαντι τῶν εἰς Ἀσίαν ἐξιόντων, ἡμέρᾳ μιᾷ τῶν ἐκ τῆς Βηβούρας κερκώπων παραλαβόντα τινὰ πωλῆσαί τε τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, ἐξελθεῖν τε παραχρῆμα καὶ τῆς νεὼς ἐπιβάντα κατὰ τὸν ἐπὶ Σικελίας πλοῦν εἰς τὴν πατρίδα παραγενέσθαι. ταῦτα μὲν οὖν ὀλίγον ὕστερον ἐπράχθη. ἐγὼ δ' ἀνὰ Καμπανίαν γενόμενος, εἶτ' ἐκεῖθεν ἔσπευσα μὲν εἰς τὸ Βρεντήσιον· ἀφικόμενος δὲ ὥρισα κατὰ τὴν πρώτην ἀναγενομένην ναῦν, εἴτ' ἐς Δυρράχιον εἴτ' ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος πλέοι, διαπεραιωθῆναι· δεδιὼς μή*

Cap. IX. [*Galeni reditus in patriam, ejusque ab imperatoribus revocatio.*] Ac ego intellecta ipſorum prompta voluntate, ac veritus ne dum hoc illi agerent a reditu in Aſiam impedirent, rogavi eos ut pauco tempore id differrent. Ego enim dicebam me tempus ipſis nunciaturum, quum hoc in gratiam meam fieri vellem. Quando igitur bellum ceſſaſſe intellexi, ſtatim ex Romanorum urbe diſceſſi, ceu nimirum in Campaniam iturus, famulo videlicet uno relicto, qui domum obſervaret; cui injunxi ut navigio ex iis quae in Aſiam proficiscuntur inveſtigato, una die adducto quodam inſtitorio ex Bebura emptore venderet ea, quae in domo haberentur, exiretque protinus urbem et navim ingreſſus Siciliam adiret, inde in patriam reverteretur. Haec igitur paulo poſt geſta ſunt. Ego autem per Campaniam profectus illinc poſtea ad Brunduſium contendi; quo perveniens ſtatui prima quaque navi, ſive in Dyrrhachium ſive in Graeciam navigaret, permeare; veritus ne quis praepotentum virorum vel etiam impera-

Ed. Chart. VIII. [845.] Ed. Baſ. III. (458. 459.)

τις ἄρα τῶν πολὺ δυναμένων ἀνδρῶν ἢ καὶ αὐτὸς ὁ αὐτοκράτωρ γνούς μου τὴν ἔξοδον, ὡς δραπέτου πέμψας στρατιώτην εἰς Ῥώμην ἐπανελθεῖν κελεύσειεν. ἐγὼ μὲν οὖν οὕτως μετὰ μίαν ἡμέραν εἰς Κασσιόπην ἔπλευσα. ζητοῦντες δέ με οἱ ἐν Ῥώμῃ φίλοι, παρά τε τοῦ καταλειφθέντος οἰκέτου πυνθανόμενοι ποῦ ποτ' εἴην, ἀκούοντες δὲ ἐν τῇ Καμπανίᾳ διατρίβειν με, τὸ μὲν πρῶτον ὑπώπτευον τὸ γεγονός· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου μήθ' ὁρῶντες μήτε τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον ἐν Ῥώμῃ, ἔγνωσαν πεποιηκότα με τὰ ἐξαρχῆς λεγόμενα· καὶ τότε μόγις ἐπείσθησαν ἅπαντες οἱ πρόσθεν ἀπιστοῦντες ὄντως προκεῖσθαί μοι καταλιπεῖν τὴν Ῥώμην, ὅτι μὴ ψευδῶς, ἀλλ' ἀληθῶς ἔφασκον τοῦτο. μετὰ χρόνον δ' οὐ πολὺν ἐπανεληλυθότος τοῦ Λευκίου, πολέμου δ' ἑτέρου τοῦ (459) πρὸς Γερμανοὺς πολεμηθέντος αὐτοῖς ἀρχὴ καθεστήκει. γενομένου δὲ λόγου περὶ τῶν ἔργοις, οὐ λόγοις ἐπιδεικνυμένων ἰατρικήν τε καὶ φιλοσοφίαν, οὐκ ὀλίγοι τῶν περὶ αὐτοὺς ὠνόμαζον ἐμὲ τοιοῦτον ὑπάρχειν. ἐξωρμηκότες οὖν ἤδη τῆς πόλεως, ὡς ἐπὶ τὸν πόλεμον, ὡρικότες τε τοῦ

tor, cognito diſceſſu, tanquam fugitivi, militem mitteret, quo me Romam juberet reverti. Ego itaque poſt unum diem Caſſiopen navigavi. Amici autem Romae dum me quaererent et a famulo relicto ſciscitarentur ubinam eſſem, audirent autem me in Campania agere, primum ſane id quod factum erat ſuſpicabantur; at procedente tempore, quum neque me neque famulum meum Romae viderent, intellexerunt ea quae ab initio dicebam eſſe facta; atque tunc vix perſuaſum habebant omnes qui prius non credebant, revera mihi inſtitutum fuiſſe Romam relinquere, quoniam non falſo, ſed vere id dicebam. Haud multo tempore poſt Lucius reverſus eſt, ſed alterius belli, quod contra Germanos ſuſceptum erat, initium conſtitutum. Porro ubi mentio de his, qui operibus, non verbis medicinam philoſophiamque oſtenderent, fieret, haud pauci ex familiaribus ipſius talem me eſſe nominabant. Egreſſi igitur jam ex urbe ad bellum ſtatuentesque per hiemem in

Ed. Chart. VIII. [845.] Ed. Baſ. III. (459.)

χειμῶνος ἐν Ἀκυληΐᾳ διατρῖψαι, παρεσκευακότες τε καὶ συγκροτοῦντες τὸ στράτευμα πέμπουσιν ὡς ἐμὲ κελεύοντες ἥκειν ὡς αὐτούς. ἀλλὰ τοῦ Λευκίου κατὰ μέσον τοῦ χειμῶνος μεταστάντος εἰς θεοὺς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ κομίσας εἰς Ῥώμην τὸ σῶμα καὶ ποιήσας ἀμφ' αὐτῷ τὰ νομιζόμενα, τῆς ἐπὶ τοὺς Γερμανοὺς ὁδοιπορίας εἴχετο κελεύων ἕπεσθαι κἀμέ. χρηστὸν δ' ὄντα καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸν ἐδυνήθην, ὡς οἶσθα, πεῖσαι καταλιπεῖν ἐν τῇ Ῥώμῃ με· καὶ γὰρ διὰ ταχέων ἐπανήξειν. παντὶ δ' οὖν τῷ τῆς ἀποδημίας αὐτοῦ χρόνῳ μεμνημένος τῆς συνήθους κακοηθείας τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων ἔγνων ἀναχωρεῖν αὐτῆς ἄλλοτε εἰς ἄλλο χωρίον, ἐν ᾧπερ ἂν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Κόμμοδος, ὑπὸ Πειθολάῳ τρεφόμενος ἐντολὰς ἔχοντι παρ' αὐτοῦ τοῦ αὐτοκράτορος Ἀντωνίνου, καλεῖν πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν ἐπὶ παιδὸς, εἰ νοσήσειέ ποτε. παρὰ προσδοκίαν δ' αὐτοῦ χρονίσαντος ἐν τῷ Γερμανικῷ πολέμῳ, παντὶ τούτῳ τῷ χρόνῳ πολλὰς πραγματείας ἔγραψα φιλοσόφους τε καὶ ἰατρικὰς, ἃς ὑποστρέψαντος τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Ῥώμην αἰτήσασι τοῖς φίλοις ἔδωκα, παρὰ μόνοις ἐκείνοις ἐλπίσας

Aquileia degere, ac praeparato maturatoque exercitu mittunt ad me, jubentes ut ad ipſos venirem. Verum quum Lucius media hieme ſatis conceſſiſſet, frater ipſius corpore Romam translato, factisque ei juſtis, profectionem ad Germanos ſuscepit, injungens et me ipſum comitari. Quoniam autem benignus erat et humanus, potui, ut noſti, ab eo impetrare ut Romae manerem, quia ſtatim erat rediturus. Toto igitur quo ipſe aberat tempore, memor ego conſuetae urbis medicorum et philoſophorum improbitatis, decrevi inde recedere alias in alium locum, ubicunque filius ipſius Commodus eſſet, qui a Pitholao educabatur; cui imperator ipſe Antoninus injunxerat ut, ſi quando puer aegrotaret, me ad curationem ejus accerſeret. Quum autem ipſe diutius in bello Germanico quam putarat moraretur, univerſo hoc tempore multa opera conſcripſi et philoſophica et medica, quae rege Romam reverſo amicis petentibus exhibui, ſperans ipſa apud ſolos illos fore.

Ed. Chart. VIII. [845. 846.] Ed. Baſ. III. (459.)

αὐτὰς ἔσεσθαι. ὡς εἴ γε ἠπιστάμην ἐκδοθήσεσθαι τοῖς ἀναξίοις, οὐκ ἂν οὐδ' ἐκείνοις ἔδωκα. καλῶ δ' ἀναξίους ὅσοι μοχθηροὶ τὴν ψυχὴν, οὐχ ἕνεκα τοῦ μαθεῖν τι πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν ἥκουσιν, ἀλλ' ὅπως ἐπηρεάσαι τινὰ δυνηθῶσιν ἐξ αὐτῶν. ἐν τούτοις οὖν τοῖς βιβλίοις ἡ θεωρία πᾶσα γέγραπται τῆς τε διὰ τῶν σφυγμῶν προγνώσεως καὶ τῶν ἄλλων προγνωστικῶν σημείων. ἣν οὖν πρόγνωσιν ἐποιησάμην ἐπὶ θατέρου τῶν Κυιντιλιανοῦ υἱῶν ἐξ αὐτῶν βουληθέντι σοι μαθεῖν [846] ἐκ τίνος θεωρίας ἐγένετο, ῥᾳδία καὶ καταφανὴς ἔσται τὴν περὶ κρίσεων πραγματείαν ἀναγνόντι, γεγυμνασμένῳ τὸν λογισμὸν ἐκ παιδὸς ἐν γεωμετρίᾳ τε καὶ διαλεκτικῇ. τοῖς πολλοῖς δὲ τούτοις ἰατροῖς, ὅσοι τῆς μὲν ἐν τοῖς ἔργοις γυμνασίας ἀπέστησαν, εἰς πανουργίαν δ' ἐκτραπόμενοι τὴν ἐπ' αὐτῇ τέχνην ἤσκησαν, οὔτε γνωσθῆναί τι τῶν γεγραμμένων δύνανται οὔτε ἀκουσθῆναι

Κεφ. ι'. [*Πρόγνωσις ὑποστροφῆς πυρετοῦ καὶ λύσις αὐτῆς δι' ἱδρῶτος.*] Ἕξτος οὖν Ἀντωνίνου υἱὸς ἤρξατο μὲν ὀξύτατα νοσεῖν, ὡς μὴ δύνασθαι τὴν ἑβδόμην ἡμέραν

Nam ſi indignis communicatum iri ſciviſſem, ne illis quidem dediſſem. Voco autem indignos, qui animo pravi non ut diſcant aliquid ad lectionem ſe conferunt, ſed ut quaedam ex ipſis poſſint calumniari. In his igitur libris tota ſpeculatio praenotionis ex pulſibus et aliorum praeſagiendi modorum tradita eſt. Quam igitur praenotionem in altero Quintiliani filio molitus ſum, ſi inde voles diſcere, ex qua ſpeculatione facta ſit, facilis et perſpicua tibi erit, quum opus de criſibus perlegeris ingeniumque a puero exercueris in geometria et dialectica. At vulgares hi medici, qui ab operum exercitio deſtiterunt, ad impoſturas autem converſi, artem in eis exercuere, neque intelligere quippiam ex iis quae ſunt ſcripta poſſunt, nec audire.

Cap. X. [*Recidivae febris praenotio et illius per ſudorem diſceſſus.*] Sextus igitur Antonini filius acutiſſime coepit laborare, ut ſeptimum diem citra criſin egredi

Ed. Chart. VIII. [846.] Ed. Baſ. III. (459.)

ὑπερβαλεῖν ἄνευ κρίσεως. ἥτις δ' αὐτοῦ τούτου πρόγνωσίς ἐστι, διὰ τῶν περὶ κρίσεως ὑπομνημάτων γέγραπται, δι' ὧν καὶ ὅτι προεκρήγνυται πολλάκις ἡ κρίσις, οὐ περιμείνασα τὴν πιστῶς κρίνουσαν δεδήλωται. συμβῆναι δὲ τοῦτο τῷ Ἕξστῳ δυνάμενον ἔγνων κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν, ὡς' προειπεῖν ἐρομένῳ Πειθολάῳ τῷ κοιτωνίτῃ ὅ τι θεσπίζοιμι περὶ τῶν μελλόντων. ἤρετο γὰρ οὗτος, ἐπειδὴ προεπειρᾶτό μου, πολλὰ τῶν δοκούντων τοῖς σοφωτάτοις ἰατροῖς ἀδυνάτων εἶναι προειρηκότος. ἀπεκρινάμην οὖν αὐτῷ γελάσας, τῆς μὲν ἑβδόμης ἡμέρας ἐξωτέρω μὴ δύνασθαι προελθεῖν τὸ νόσημα· κριθήσεσθαι δὲ πάντως ἢ ἑκταῖον, ἢ ἑβδομαῖον. ἑκταῖον μὲν οὖν κριθὲν ὑποστρέφειν αὐτό· ἑβδομαῖον δὲ βεβαίαν ἕξειν τὴν κρίσιν· ἔσεσθαι μέντοι τὴν κρίσιν ἐξ ἀνάγκης δι' ἱδρῶτος. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν οὕτως γε ἐκρίθη, φιλόνεικος ὢν ἐσχάτως ὁ Ἕξστος, ὅπως ἐλέγξῃ ἐμὲ μὴ γενομένης ὑποστροφῆς, ἐλούετο μὲν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, οὔτε δ' οἶνον ἔπινεν οὔτε προσηνέγκατό τι πλὴν χυλοῦ πτισάνης, ἢ αὐτὴν, ἢ μετὰ ψίχας ἄρτου· πολλάκις

non poſſet. Quae vero hujus ipſius praenotio ſit, commentariis de criſi proditum eſt; quibus etiam criſin frequenter antevertere ac praerumpi, dum non expectat diem ſideliter decernentem, oſtendimus. Hoc autem quum Sexto poſſet accidere, ſtatui in quarto die ceu praedicere Pitholao, roganti quid de futuris augurarer. Interrogabat autem hic, quum praeſciret me multa ex his quae ſapientiſſimi medici fieri non poſſe arbitrantur, praeſagiiſſe. Reſpondi igitur ipſi ridens, extra ſeptimum quidem diem morbum progredi non poſſe, ſed omnino aut ſexto aut ſeptimo criſin experturum. Quod ſi igitur ſexto fuerit judicatus, recidivam ejus eſſe timendam; ſin autem ſeptimo, firmam habiturum criſin, eamque fore neceſſario per ſudorem. Poſtquam vero ſexto die criſin ita expertus eſſet Sextus, natura admodum contentioſus, ut me corriperet, recidiva non facta, lavabat ſane quotidie, neque vinum bibebat neque aliquid praeter ptiſanae cremorem vel ſolum vel cum micis panis aſſumebat; frequenter et

Ed. Chart. VIII. [846.] Ed. Baſ. III. (459.)

δὲ καὶ αὐτὸς τὸν ἄρτον ἐν ὕδατι βρέξας ἠρκεῖτο μόνον. ταῦτα ποιήσας ἄχρι τῆς δωδεκάτης ἡμέρας ἐκαυχήσατο κατ' αὐτὴν νενικηκέναι μου τὴν πρόγνωσιν. ἔπιε δὲ κατὰ τὴν τρισκαιδεκάτην ἡμέραν τρίτῃ ὥρᾳ ὑδατώδους οἴνου βραχύ τι σὺν τῷ καὶ τὴν ὕλην δίαιταν ἀδροτέραν βραχὺ ποιήσασθαι τῆς ἔμπροσθεν, ἔτι μέντοι φυλάττων λεπτήν· ἀλλὰ κατά τε τὴν ἑξῆς ἡμέραν ἀπὸ τῆς πρώτης κατακλίσεως τεσσαρεσκαιδεκάτην οὖσαν ἀρξάμενος πυρέττειν ἐκέλευσε μηδένα μοι δηλῶσαι, νομίζων μηδὲ σφοδρὸν ἔσεσθαι τὸν πυρετὸν μηδὲ πλέον ἡμέρας μιᾶς ἐκαθήσεσθαι αὐτόν. ἐπεὶ δὲ προϊούσης τῆς ἡμέρας ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐφαιδρύνετο, Κλαύδιος Σεβῆρος ὑποστρέφων εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν πλησίον οὖσαν τῆς ἐκείνου, πυθόμενος αὐτὸν πυρέττειν ἐπορεύθη πρὸς αὐτὸν, εὑρών τε σφοδρῶς ἤδη πυρέττοντα, πρῶτον μὲν ἐπύθετο τίνα γνώμην ἐγὼ περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ γεγενημένου πυρετοῦ νῦν [αὐτῷ φαινοίμην ἔχων, ἀκούσας δὲ παρ' αὐτοῦ τὸ ἀληθὲς, ὡς διὰ φιλονεικίαν οὐκ ἐθήλωσε πορευθῆναί τινα πρός με, ἐκέλευσε παρακαλεῖν με εἰς τὴν ἐπίσκεψιν τοῦ Ἕξτου καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι. τούτων

pane ipſo in aqua macerato contentus erat. His ad duodecimum usque diem factis jactitabat in eo praenotionem meam ſe viciſſe. Bibit autem tertiodecimo die hora tertia vini aquoſi pauxillulum, necnon totam victus rationem pleniorem paulo priori inſtituit, ſervans tamen adhuc tenuem. Sequenti die a primo decubitu quartodecimo febricitare orſus juſſit ut nemo mihi indicaret, putans neque vehementem fore febrem neque die diutius uno duraturam. Ubi vero procedente die ſemper etiam magis incrudeſceret, Claudius Severus revertens in ſuam ipſius domum illi vicinam, quum audiret ipſum febricitare, ad ipſum profectus eſt, ac vehementer jam affligi offendens, primum ſane rogabat quam ſententiam ego de ortae febris initio nunc habere ei viderer, auditaque ab ipſo veritate, quod ob contentionem noluerit quenquam ad me qui indicaret accedere, Claudius ipſe juſſit ut Sextum inviſerem ac poſtea ad ipſum accederem. Quibus factis roga-

Ed. Chart. VIII. [846. 847.] Ed. Baf. III. (459.)

γενομένων ἐπυνθάνετο τί μοι δοκεῖ περὶ τῆς ὑποστροφῆς τοῦ νοσήματος. ἀπεκρινάμην οὖν αὐτῷ ὅπερ καὶ τῷ Ἕξστῳ προειρήκειν, μετὰ τρεῖς ἡμέρας λυθήσεσθαι τὴν ἐπιβολὴν ταύτην ἱκανῶς θερμοῦ γενομένου τοῦ πυρετοῦ κατὰ αὐτάς· εἶτα κριθησομένου κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἡμέραν. Ἕξστος οὖν ἡδέως ἀκούσας τὴν ἐν τάχει γενησομένην λύσιν ἑτοίμως ἐπίστευσεν· ὃ γὰρ ἕκαστος βούλεται δηλονότι, τοῦτο καὶ οἴεται γενήσεσθαι. Σεβῆρος δ' ὅτι οὐκ ἂν σφαλείην ὑπὲρ τοῦ [847] σωθήσεσθαι τὸν Ἕξστον ἐπίστευσέ μοι· τὸ δὲ τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ τελέως ἀπαλλαγοῖτο τοῦ νοσήματος οὐκ ἐπίστευε, δύσκολον εἶναι νομίζων ἄνευ τοῦ περιμεῖναι κἂν τὴν ἑξῆς ἡμέραν ἀποφήνασθαί τι βέβαιον ὑπὲρ τῶν εἰς τετάρτην ἡμέραν ἐσομένων. ἅτε δ' οὕτως διακείμενος ἔπεμψεν ὄρθρου βαθέος ἐπὶ τὴν οἰκίαν Ἕξστου περιμένοντά τε καὶ πρὸς αὐτὸν ἄξοντα μετὰ τὴν ἐσομένην ἐπίσκεψιν. ὡς δὲ θεασάμενος τὸν Ἕξστον ἐπορεύθην πρὸς αὐτὸν, ἀντιφήσεις, ἔφη, οἷς χθὲς εἶπες, ἢ διαμενεῖς ἐπὶ τῶν αὐτῶν; ἐπεὶ δὲ νῦν μᾶλλον ἔφην ἢ χθὲς ἀποφήνασθαί μοι

bat quid mihi de morbi recidiva videretur. Reſpondi igitur ei quod et Sexto praedixeram, poſt tres dies acceſſionem hanc ſolutum iri, febri in ipſis admodum calida reddita; deinde criſin ſeptimodecimo poſt initia die expertura. Sextus igitur libenter audiens ſolutionem brevi futuram, prompte credidit: quod enim nimirum unusquisque cupit, id etiam futurum putat. Severus autem quod quidem non erraſſem in Sexto ſervando, fidem mihi adhibuit; veruntamen diem quo prorſus a morbo liberaretur non credidit, difficile eſſe autumans ut non expectato vel ſequenti die certi aliquid de his, quae quarto die futura erant, pronunciarem. Atque ſic affectus miſit multo mane ad domum Sexti, dicens ſe expectare ut me vocet, quo poſtquam illum inviſiſſem ad ſe venirem. Ut igitur inviſi Sextum, ad ipſum ſum profectus. Contradices, inquit, iis quae heri protuliſti? aut in iisdem perſiſtes? Poſtquam vero nunc magis quam heri eadem ac conſentanea priori-

Ed. Chart. VIII. [847.] Ed. Baf. III. (459. 460.)

τὰ αὐτὰ, μετ' ἄριστον αὖθίς με καλέσας ἤρετο πάλιν εἰ βεβαίως εἴην πεπεισμένος Ἕξστῳ ἐσομένην κρίσιν. ἤκουεν οὖν παρ' ἐμοῦ μᾶλλον ἢ χθὲς ἔχειν διατείνασθαι. ὡς δὲ καὶ τὴν δευτέραν ἡμέραν ἐπύθετό μου πότερον φυλάττοιμι τὴν αὐτὴν γνώμην ἐπὶ τοῖς προειρημένοις, ἤ τι καὶ μετακινοῖμι τῶν ῥηθέντων, ἤκουσεν οὐδὲν μὲν ἐκείνων κινεῖν, προστίθεσθαι δέ τι τοῖς εἰρημένοις ἔχων. καὶ ὃς αὖθις ἤρετο τί τοῦτό ἐστιν; ἤκουσεν ὅτι διελθούσης τῆς ἐπιακαιδεκάτης ἡμέρας ἄρξασθαι τὸν ἱδρῶτα περὶ δευτέραν ὥραν νυκτερινήν. ἆρ' οὖν, ἔφη, καὶ Πειθολάῳ ταῦτ' εἶπας; εἰρηκέναι τε ἔφην αὐτῷ καὶ πεπεῖσθαί γε ἐκεῖνον ὡς οὐκ ἂν σφαλείην ἐν τῇ προρρήσει καὶ θεραπείᾳ. πάντως οὖν ἔφη καὶ τῷ αὐτοκράτορι δεδηλωκέναι Πειθόλαον. ἴσως, ἔφην, οὗτος ἔφη· ἐμοὶ δ' οὐ μέλει τῆς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις δόξης, οὐ γὰρ περιέρχομαι κηρύττων τὰς ἐμὰς προγνώσεις τε καὶ θεραπείας, ἵνα μᾶλλον οἱ ἰατροί τε καὶ φιλόσοφοί με μισῶσι, γόητά τε καὶ μάντιν ἕτερά τε κατ' ἐμοῦ τοιαῦτα θρυλοῦντες. ὑμῖν δὲ τοῖς φίλοις ὅσοι κατε- (460) γνώκατε

bus pronunciare me dixiſſem, a prandio rurſus advocatum interrogabat denuo, an firmiter criſin Sexto futuram perſuaſum haberem. Audivit igitur me id magis quam heri affirmare. Item ſecundo die rogabat, eandemne ſententiam cum praedictis ſervarem, an aliquid ex prolatis immutarem; imo, inquam, tantum abeſt ut quid ex illis immutem, ut etiam nonnihil commemoratis adjiciam. Quo audito ille quaerebat quid id eſſet; dixi, nocte ſeptimadecima praeterita ſudorem circa horam ſecundam noctis incepturum. Num igitur haec quoque narraſti Pitholao, ait? Reſpondi et me dixiſſe et illum habere perſuaſum nihil a me vel in praedictione vel curatione eſſe erratum. Omnino igitur, inquit ille, etiam imperatori Pitholaus haec indicavit? Ad quod ego reſpondi, pro arbitrio Pitholaus agat, gloriam ex hujusmodi non admodum venor; quippe non obambulo praenotiones meas ac curationes praeconio efferens, quo magis tum medici tum philoſophi me odio proſequantur, praeſtigiatorem et vatem

Ed. Chart. VIII. [847.] Ed. Baſ. III. (460.)

τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἐκ τῆς τούτων ἀμαθίας, ἐπιδείκνυμι τὴν μὲν τέχνην ἀξίαν Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἀσκληπιοῦ, τοὺς δὲ ἰατροὺς τούτους ὑβρίζειν αὐτήν· ὥσπερ καὶ τοὺς φιλοσόφους φιλοσοφίαν, οἵ γε μηδενὸς ἰδιώτου βέλτιον βιοῦντες ὀνομάζουσιν αὐτοὺς ὀνόματι σεμνῷ τῷ τῆς φιλοσοφίας. ταῦτα μὲν εἶπον τῷ Σεβήρῳ· σὺ δὲ, ὦ Ἐπίγενες, ἔγνως τὴν κακοήθειαν τῶν ἰατρῶν σχεδὸν ἁπάντων εὐχομένων φανερῶς ἀποτυχεῖν με πεμπόντων τε δι' ὅλης ἡμέρας τοὺς γνωσομένους τε καὶ ἀγγέλλοντας αὐτοῖς τὸ γενησόμενον· οὐ γὰρ ᾔδεσάν με τῷ Σεβήρῳ καὶ Πειθολάῳ προειρηκότα δείλης ὄψεσθαι ἐσομένην τὴν ἀρχὴν τῆς κρίσεως. ἐπεὶ δὲ περὶ τὴν ἑβδόμην ὥραν ἐπιπαροξυνθέντα τὸν Ἕξτον ἐπύθοντο, καταγελῶντες καὶ φανερῶς ἐπιχαίροντες ἅπασι τοῖς ἀπαντῶσιν ἔλεγον κερτομοῦντες ὡς ἡ θαυμαστὴ μαντεία τοῦ Γαληνοῦ κατὰ τοὐναντίον ἀπέβη. γενομένης μέντοι τῆς κρίσεως, ὡς προειρήκειν κατὰ τὴν προτεραίαν (ἔφασαν ἑπομένην ἐναλλὰξ) ἐτρέποντο πάντες αἰσχυνόμενοι, καὶ ταῦτα τῆς προγνώσεως οὐδὲν ἐχούσης θαυμαστὸν, ὡς ἔδειξά σοι

appellantes, aliaque id genus convitia in nomen meum proclamantes. Vobis autem amicis, qui artem medicam ex horum inſcitia damnaſtis, oſtendo ſane eam et Apolline et Aeſculapio dignam, medicos autem hos ipſam dehonetare; ſicut etiam philoſophos philoſophiam, qui quum ne ullo quidem idiota incorruptius vivant, venerando philoſophiae nomine ſe appellari patiuntur. Haec quidem Severo dixi. Tu autem, o Poſthume, medicorum fere omnium malitiam noviſti, qui me ſucceſſu proſpero fruſtrari manifeſto optant, mittuntque toto die qui quid accidat indipiſcantur eisque nuncient. Non enim ſciverant me Severo et Pitholao praedixiſſe veſperi criſis futurum principium conſpectum iri. Poſtquam autem circa ſeptimam horam acceſſionem Sextum invaſiſſe intellexerunt, in cachinnos ſoluti; palamque gaviſi omnibus qui occurrebant convitioſe dixerunt mirandam Galeni divinationem contrario modo eveniſſe. Oborta vero criſi, ut praedixeram pridie, vice verſa omnes pudore ſuffuſi ſunt; quum

Ed. Chart. VIII. [847. 848.] Ed. Baſ. III. (460.)

διά τε τῶν εἰς πρῶτον ἐπιδημιῶν ὑπομνημάτων, ἔτι τε τὴν περὶ τῶν κρίσεων πραγματείαν. τοίτοις μέντοι τοῖς ἰατροῖς, οὐ μόνον ἀγνοεῖν ὑπάρχει τὰ γεγραμμένα τοῖς παλαιοῖς, ἀλλὰ μηδὲ τὰς ἡμέρας ἀριθμεῖν ἔτι μετὰ τὴν ἑβδόμην καὶ μάλιστα ἐὰν ἀπύρετος γενόμενος ὁ κάμνων, αὖθις ἐξ ὑποστροφῆς πυρέττῃ. καίτοι παρ' Ἱπποκράτους κατὰ τῶν ἐπιδημιῶν βιβλία γεγραμμένων ἁπασῶν τῶν ἡμερῶν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἀῤῥώστων ἄχρι τῆς ἐσχάτης λύσεως οὐ μόνον εἰ κατὰ τὴν ιδ'. ἡμέραν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ξ'. ἢ π'. τύχῃ γεγενημένη. αὕτη μὲν οὖν ἡ πρόῤῥησις, ὡς ἔφην, εἰ καὶ θαυμαστὴ τοῖς πολλοῖς τούτοις ἰατροῖς ἔταξεν, ἀλλ' οὐ τοιαύτη γε κατ' ἀλήθειαν ἦν, ὥσπερ οὐδ' ἡ μετὰ γνώσεως τῶν ἐνεσιώτων θεραπεία τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Κομμόδου κατὰ τὴν ἐπιδημίαν ἐκείνου γενομένη.

[848] Κεφ. ια'. [*Διάγνωσις τῆς κοιλίας παθούσης ὑπὸ τῆς εἰσβολῆς τοῦ πυρετοῦ.*] Θαυμαστὴ δ' ὄντως ἡ νῦν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως συμβᾶσα, δόξαντος μὲν καὶ

tamen haec praenotio nihil haberet admiratione dignum, ut oſtendi tibi cum in commentariis in primum de morbis publice graſſantibus, tum praeterea in opere de criſibus. At hi medici non modo quae a veteribus ſcripta ſunt ignorant, ſed ne dies quidem adhuc poſt ſeptimum numerare poſſunt, praeſertim ſi aeger a febri immunis rurſus ex recidiva febricitet. Attamen Hippocrates in Epidemiorum libris omnes dies in ſingulis aegrotantibus adusque ſolutionem extremam, non ſolum eam quae quartodecimo die, ſed etiam quae ſexageſimo aut octogeſimo accidit, memoriae prodidit. Haec igitur praedictio, ut dixi, tamquam admiranda etiam vulgaribus iſtis medicis putabatur, ſed talis revera non erat; ſicut nec curatio pueri ipſius Commodi, quae iis qui aderant conſciis, peregre illo agente fuit adminiſtrata.

Cap. XI. [*Ventriculi laborantis ab invaſione febris dignotio.*] Illa porro vere admirabilis, quae in ipſo Rege accidit; dum ipſe quidem ipſiusque medici qui cum eo

Ed. Chart. VIII. [848.] Ed. Baſ. III. (460.)

αὐτοῦ καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἰατρῶν, ὅσοι συναπεδήμησαν αὐτῷ, παροξυσμόν τινα πυρεκτικὸν ἄρξασθαι, σφαλέντων δὲ πάντων καὶ τῆς δευτέρας καὶ τρίτης ἡμέρας ἑωθεν καὶ περὶ τὴν ὀγδόην ὥραν. εἰλήφει δὲ τῆς προτεραίας τοῦ διὰ τῆς ἀλόης πικροῦ φαρμάκου πρώτης ὥρας, εἶτα τῆς θηριακῆς, ὡς ἔθος ἦν αὐτῷ καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσφέρεσθαι, καὶ τότε προσενεγκαμένου περὶ ὥραν ὡς ἕκτην, εἶτα λουσαμένου περὶ δυσμὰς ἡλίου καὶ βραχὺ τραφέντος καὶ ἐπιγενομένων ὅλης τῆς νυκτὸς στρόφων ἅμα τῇ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς κενώσει, καὶ διὰ τοῦτο πυρέξαντος αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἰατρῶν θεασαμένων, ἡσυχάσαι τε κελευσάντων, εἶτα ῥοφήματι θρεψαμένων ὥρας ἐννάτης, ἐμοῦ δὲ μετὰ ταῦτα κληθέντος, ὅπως καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Παλατίῳ κοιμηθείην, ἦκέ τις καλῶν ἡμᾶς ἄρτι λύχνων ἡμμένων ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος στελλόμενος. ὡς δὲ τριῶν ὄντων τῶν ἔωθέν τε καὶ περὶ τὴν ἕω ἑωρακότων αὐτὸν, ἁψαμένων τε δυοῖν τῶν σφυγμῶν, ἐπισημασίας ἀρχή τις εἶναι πᾶσιν ἐφαίνετο, σιωπῶν δὲ εἱστήκειν ἐγὼ, προσβλέψας με πρῶτον ἐπύθετο,

peregrinati fuerant, acceſſionem quandam febrilem incepiſſe opinarentur; errarent autem omnes et in ſecundo et tertio die, mane et circa horam octavam. Sumpſerat pridie medicamentum ex aloë amarum hora prima, deinde Theriacen, ut conſuevit quotidie aſſumere. Ac quum circa horam ſextam ingeſſiſſet, mox ſole occiduo laviſſet, ciboque uſus eſſet modico, oborta ſunt tota nocte tormina necnon alvi inanitio; eoque ipſe febri correptus eſt. Quod quum medici ipſius vidiſſent, conquiescere juſſerunt, deinde ſorbitione ad horam nonam aluerunt; poſt illa ego vocatus ſum ut et ipſe in Palatio dormirem; quo facto ecce venit aliquis qui nos lucernis accenſis juſſu Imperatoris accerſivit. Jam circiter tribus praeſentibus, qui in diluculo ipſum inviſerant explorarantque pulſum, initium quoddam acceſſionis omnibus eſſe apparebat; ego autem tacitus aſtabam. Intuitus me Imperator, primum interrogabat, cur aliis pulſum tangentibus ego ſolus non tangerem. Reſpondi igitur tunc in hunc modum. Quum hi bis jam

Ed. Chart. VIII. [848.] Ed. Baſ. III. (460.)

διὰ τί τῶν ἄλλων ἁψαμένων ἐγὼ μόνος οὐχ ἡψάμην. εἶπον οὖν αὐτῷ, ὅτι δύο ἤδη τούτων ἡμμένων, ἤδη δὲ ἴσως καὶ κατὰ τὴν μετά σου γεγενημένην αὐτοῖς ἀποδημίαν ἐγνωσμένης τῇ πείρᾳ τῆς ἰδιότητος τῶν σφυγμῶν σου, μᾶλλον αὐτοὺς ἐλπίζω διαγινώσκεσθαι τὴν ἐνεστῶσαν ἄρτι διάθεσιν. ὡς δ' εἰπόντος μου ταῦτα καὶ αὐτὸν ἐμὲ κελεύσαντος ἅψασθαι, φανέντος μου τοῦ σφυγμοῦ περὶ τὸ κοινὸν μέτρον ἁπάσης ἡλικίας τε καὶ φύσεως ἀφεστηκέναι τοῦ δηλοῦντος ἀρχὴν ἐπισημασίας, ἀπεφηνάμην εἰσβολὴν μὲν οὐδεμίαν εἶναι πυρετοῦ, θλίβεσθαι δὲ αὐτοῦ τὸν στόμαχον ὑπὸ τῆς εἰλημμένης τροφῆς, φλεγματωθείσης μὲν πρὸ τῆς ἐκκρίσεως, ἐμφαινούσης δ' ἔπαινόν τινα τῆς διαγνώσεως αὐτῇ λέξει τῇδε, τρὶς ἑξῆς εἰπὼν αὐτό ἐστιν, αὐτὸ τοῦτο ὃ εἶπες ἔστιν. αἰσθάνομαι γὰρ ὑπὸ ψυχροτέρας τῆς τροφῆς βαρυνόμενος. καὶ ἤρετο τί ποιεῖν χρή. ἐγὼ δ' ἀπεκρινάμην ἅπερ ἔγνων καὶ ἐλέχθη μοι πρὸς αὐτὸν, ὡς, εἰ ἄλλος τις ἦν ὁ διακείμενος οὕτως, ἔδωκα ἂν αὐτῷ, καθάπερ εἴωθα, πιεῖν οἶνον πεπέρεως ἐπιπάσας. ἐφ' ὑμῶν δὲ τῶν βασιλέων, ἀσφαλεστάτοις βοη-

tetigerint et ſorte jam pulſuum tuorum proprietatem uſu ac experientia cognitam habeant, ut qui tecum peregrinati fuerint, magis ipſos ſpero affectionem praeſentem modo agnoſcere. Quae quum dixiſſem, juſſiſſetque ipſe me pulſum tangere, isque appareret juxta communem omnis et aetatis et naturae menſuram, plurimum abeſſe ab eo qui acceſſionis initium indicaret pronunciavi; invaſionem quidem nullam eſſe febris, ſed ſtomachum aſſumpto alimento comprimi, quod in pituitam verſum eſſet, antequam excerneretur. Quae dignotio quum laudem aliquam mereretur, ipſis his verbis ter ordine Imperator dixit, ipſum eſt, hoc ipſum quod dixiſti eſt, ſentio enim a frigidiore alimento me gravari. Rogabat igitur quid eſſet faciundum. Ego ſane reſpondi quae ſenſi, dixique ad eum: quod ſi alius quispiam ita eſſet affectus, darem ei quemadmodum conſuevi vinum potui, cui piper eſſet inſperſum. In vobis autem regibus, quum medici praeſidiis ſecuriſſimis uti ſoleant, abunde eſt lanam potius nardino unguento

Ed. Chart. VIII. [848.] Ed. Baſ. III. (460.)

θήμασιν εἰωθότων χρῆσθαι τῶν ἰατρῶν, ἀρκεῖ ναρδίνῳ μύρῳ θερμῷ δεύσαντα μαλλὸν ἐρίου, θεῖναι κατὰ τοῦ στόματος τῆς κοιλίας. ὁ δὲ καὶ ἄλλως εἰπὼν ἔθος ἐκείνῳ ὅταν ποτὲ μέμψηται τὸν στόμαχον, ἀνειλημμένον πορφυρέῳ ἐρίῳ τὸ νάρδινον μύρον ἐπιτιθέναι θερμὸν, κελεύσας τε Πειθολάῳ πρᾶξαι τοῦτο καὶ ἡμᾶς ἀπολῦσαι, ἐπιθέντος δ' αὐτοῦ καὶ τῶν ποδῶν ἐκθερμανθέντων ὑπὸ τῶν ἀνατριβόντων θερμαῖς ταῖς χερσὶν, ἤτησεν οἴνου Σαβίνου καὶ πεπέρεως ἐπιβαλὼν ἔπιε· καὶ εἰπὼν τῷ Πειθολάῳ μετὰ τὸ πιεῖν ὡς ἰατρὸν ἔχων ἕνα καὶ τοῦτον ἐλεύθερον πάνυ διετέλει τε περὶ ἐμοῦ λέγων ἀεὶ, καθάπερ οἶσθα καὶ σὺ, τῶν μὲν ἰατρῶν πρῶτον εἶναι, τῶν δὲ φιλοσόφων μόνον· ἐπεπείρατο γὰρ ἤδη πολλῶν, οὐ μόνον φιλοχρημάτων, ἀλλὰ καὶ φιλονείκων καὶ φιλοδόξων καὶ φθονερῶν καὶ κακοήθων. ὅπερ οὖν ἔφην ἐγὼ, ταύτης τῆς ἐπισκέψεως οὐδεμίαν ἄλλην ἡγοῦμαί μοι γεγονέναι θαυμαστοτέραν. ἐζητημένου γὰρ ἅπασι τοῖς ἄρισια τὴν περὶ τοὺς σφυγμοὺς τέχνην ἀσκήσασιν, ὧν εἷς καὶ Ἀρχιγένης ἐγένετο, τί σημεῖον ἴδιον ἐπι-

calido imbutam ventriculi orificio imponere. Ille alioquin etiam ſibi conſuetudinem eſſe dixit, quum aliquando de ſtomacho conquereretur, nardinum unguentum calidum purpurea lana exceptum applicare. Quod quum Pitholao facere juſſiſſet ac nos dimitteret, impoſita ea et pedibus manuum calidarum confricatu excalfactis, vinum Sabinum poſtulavit pipereque injecto bibit; ac poſt potionem Pitholao dicebat, ſe medicum unum, eumque admodum liberum habere, ac nunquam ſicut et tu noviſti me praedicare deſtitit; primum ſane medicorum eſſe, philoſophorum autem ſolum; quippe expertus erat jam multos non modo pecuniae ſtudioſos, ſed etiam contentioſos, gloriae cupidos, invidos et malignos. Quod igitur ego dixi, hac inveſtigatione nullam puto mihi magis admirabilem obtigiſſe. Quum enim quaeratur ab omnibus, qui optime in pulſuum arte exercitati ſunt, quorum unus etiam Archigenes extitit, ſignum aliquod acceſſionis peculiare; et in

Ed. Chart. VIII. [848. 849.] Ed. Baf. III. (460.)

σημιασίας, [849] καί τινων μὲν ἐν ἀρχῇ τῆς κατὰ τὴν ἀρτηρίανσ υστολῆς εὑρίσκεσθαι φάντων αὐτῶν, τινῶν δὲ μηδόλως αἰσθητὴν εἶναι τὴν συστολὴν, εὐτυχήσας ἐγὼ, τί γὰρ ἂν ἄλλο φαίη τις αἰσθητικωτάτην ἀφὴν τῆς παρὰ μικρὸν ἐν τοῖς σφυγμοῖς διαφορᾶς, ἁμαρτανόντων εἰς τοσοῦτον ἐνίων ἰατρῶν ἐπειράθην, ὡς ἀρχομένους ἐπισημαίνεσθαί τινας εἰς τὸ βαλανεῖον ἐκπέμπειν, ἢ τραφῆναι κελεύειν ἐκώλυσα. διαπαντὸς οὖν ἀκριβῶς ἐμαυτοῦ πεπειραμένος διαγνόντος ἀρχὴν παροξυσμοῦ προπετέστερον μὲν ἴσως, ὅμως δ' ἐτόλμησα βασιλεῖ διατεινάμενος εἰπεῖν, ὅτε πρῶτον ἡψάμην, ἐναντίαν ἀπόφασιν ἧς αὐτός τε καθ' ἑαυτὸν ἐδόξαζε καὶ τῶν ἰατρῶν ἤκουε. τὸ μέντοι κατὰ Κόμμοδον ἔχειν μέν φασί τι μέγιστον, τῇ δ' ἀληθείᾳ πάμπολυ λείπεται τοῦδε.

Κεφ. ιβ'. [Ἐκ τῶν σφυγμῶν διαγινώσκει τὴν φλεγμονὴν τῶν παρισθμίων.] Τῆς παλαίστρας γὰρ ἀπαλλαγέντος αὐτοῦ πρὶν σιτίων, ὥρας ὀγδόης εἰσέβαλε θερμὸς ἱκανῶς πυρετός· ἀψαμένῳ δέ μοι τῶν σφυγμῶν φλεγμαίνειν τι μύριον ἐφαίνετο· καὶ ταῦτα ἀκούσας ὁ Πειθόλαος θαυ-

quibusdam per initia arteriae ſyſtolen inveniri ipſi dicant, nonnulli vero neutiquam ſenſibilem eſſe ſyſtolen, ego bona quadam fortuna, quid enim aliud dixeris, cui tactus etiam in exigua pulſuum differentia percipienda exactiſſimus contigerit? Medicorum aliquos adeo aberrantes ſum expertus, ut qui acceſſionem habere inciperent, relegarent in balneum, aut cibum aſſumere juberent, ego prohibui. Perpetuo igitur exacte expertus me cognoſcere acceſſionis initium, praecipitantius forſan, attamen auſus ſum aſſeveranter Regi dicere ex primo pulſus tactu aliam ſententiam, quam et ipſe apud ſe opinabatur et a medicis audierat. Quod porro in Commodo praeſtiti, maxime ajunt mirandum eſſe, at revera permultum ab hoc abeſt.

Cap. XII. [*Faucium inflammationem ex pulſu cognoſcit.*] Nam a palaeſtra reverſum, ante cibum ingeſtum, hora octava febris admodum calida invaſit; mihi autem pulſu explorato pars quaedam inflammationem ſuſtinere videbatur. Quibus auditis Pitholaus admirari ſe dixit, ſi

Ed. Chart. VIII. [849.] Ed. Baſ. III. (460. 461.)

μάζειν ἔφησεν, εἰ τῶν παρισθμίων ἡ φλεγμονὴ τὸν σφυγμὸν ἠλλοίωσε τοῦ παιδὸς, οὐδὲν γὰρ ἄλλο μέρος αὐτοῦ φλεγμαίνει· κἀν τούτῳ διανοίξας αὐτῷ τὸ στόμα κελεύει μοι θεάσασθαι. φανέντων δὲ τόπων τραχέων καὶ λίαν ἐρυθρῶν, οὐ μέντοι μέγαν ὄγκον ἐχούσης τῆς φλεγμονῆς, ἠρόμην τίς ὁ ἀνατρίψας εἴη στοματικῷ φαρμάκῳ σφοδροτέραν τῆς ἁρμοζούσης τῷ παιδὶ στύψιν ἔχοντι. τοῦ δὲ φάντος ἑαυτὸν εἶναι τὸν ἀνατρίψαντα τῷ διὰ μέλιτος καὶ ῥοῦ φαρμάκῳ, μεταβῆναι μὲν ἐπὶ μελίκρατον ἐναφεψημένων (461) ῥόδων ἐκέλευσα καὶ τούτῳ μόνῳ χρῆσθαι διά τε τῆς νυκτὸς καὶ τῆς ἐχομένης ἡμέρας ὅλης πολλάκις ἅμα τῇ μετ' αὐτὴν νυκτὶ, τῇ δὲ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν ἔωθεν, ἐπειδὴ τά τε τῆς φλεγμονῆς ἐπέπαυτο τελέως ἀπύρετός τε ἦν μικροῦ δεῖν ὁ παῖς. ἔπεισα δ' οὖν τὸν Πειθόλαον εἰς βαλανεῖον ἐγγὺς ὂν τοῦ κοιτῶνος εἰσαγαγόντα, μεθ' οὗ πολὺ τῷ κατὰ τὴν πύελον ὕδατι χρήσασθαι, διαβρεχομένων μὲν ἁπάντων τῶν ἄλλων μορίων, μόνης δὲ τῆς κεφαλῆς καταντλουμένης δαψιλῶς. τραφέντι αὐτῷ περὶ τρίτην ὥραν ἦκεν Ἀνία Φαυστίνη

tonſillarum inflammatio pueri pulſum immutaret; nulla enim alia ipſius pars inflammatione tentabatur; atque interea ore ipſius adaperto inſpicere jubet. Ubi jam loci apparerent aſperi multumque rubentes, non tamen magnum haberet inflammatio tumorem, rogabam quis confricuerit eam medicamento ſtomatico, quod vehementiorem quam puero conveniat aſtrictionem repraeſentat. Ubi ſeipſum reſpondit fricuiſſe ex melle et rhu medicamento, juſſi ut ad mulſam, in qua roſae decoctae eſſent, digrederetur, atque hac ſola uteretur nocte et ſequenti die toto frequenter ſimul et nocte ſuccedanea. Tertio die mane poſtquam inflammatio ceſſaſſet, ac puer paulo minus tota febri careret, perſuaſi Pitholao, ut eum in balneas vicinas cubiculo, in quo decumbebat, introduceret, ita ut ſolii aqua copioſe uteretur; qua omnes quidem aliae partes irrigarentur, ſolum autem caput ſuperfunderetur abunde. Caeterum cibo ad horam tertiam aſſumpto, Ania Fauſtina cognata Imperatori e proximo acceſſit, excuſans

Ed. Chart. VIII. [849.] Ed. Baſ. III. (461.)

συγγενὴς οὖσα τῷ αὐτοκράτορι ἔγγιστα, παραιτουμένη δυότε δευτεραῖον αὐτὸ οὐκ εἶδε· χθὲς γὰρ ἔφη μετ' ἄριστον ἐγνωκέναι περὶ τοῦ γενομένου πυρετοῦ· καὶ τούτοις ἔτι προσετίθει δῆλον εἶναι, μέλλοντας ἡμᾶς ὑπερβάλλειν τὴν ὀγδόην, καθ' ἣν εἰσέβαλεν ὁ παροξυσμός. μειδιάσας οὖν ὁ Πειθόλαος, πῶς δὲ οὐ μέλλομεν, ἔφη, τὸν Θεσσάλειον ὑπερβάλλειν διάτριτον; ἀλλὰ Γαληνὸς οὗτος, ἔφη, θεασάμενος ἔωθεν ἰσχνόν τε καὶ ξηρὸν μὴ πυρέξειν ἔφη· καὶ μέντοι καὶ λούειν αὖθις ἐσπέρας ἐπηγγείλατο καὶ δεῖπνον παρέχειν ὁποῖον ὑγιαίνοιν δειπνεῖ. ταῦτα ἀκούσασα βραχύ τι χρόνου αὐτόθι διατρίψασα ἡ Φαυστίνα, λαβομένη τῆς χειρὸς αὐτῇ συνεξήγαγεν, ἰατρόν τινα τῶν συνηκολουθηκότων αὐτῇ μεθοδικῶν παίζουσα Γαληνὸν, ἔφη, τοῦτον ἴσθι μὴ λόγοις, ἀλλ' ἔργοις ὑμῖν τοῖς μεθοδικοῖς πολεμεῖν. πολλάκις γὰρ ἤδη πολλοὺς τῶν ἀρχομένων πυρέττειν ἔλουσέ τε καὶ ἔδωκεν οἴνου πιεῖν· ἐνίους δὲ καὶ κατὰ τὴν πρώτην, ἐνίους τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν ἀπέλυσεν ἐπὶ τὰς συνήθεις πράξεις· ἐν ᾗ πάντες ὑμεῖς ταῖς πρώταις ἡμέραις δύο προασιτῆσαι κελεύσαν-

ſe quod altero die ipſum non inviſerit, heri inquiens de febri oborta certior facta ſum; atque his adhuc adjiciebat, manifeſtum eſſe nos octavam horam, qua invadebat acceſſio, egredi debere. Ridens igitur Pitholaus ait, quidni Theſſalicam diatriton eramus egreſſuri? Verum Galenus hic, inquit, ſpeculatus mane gracilem ſiccumque puerum dixit non febricitaturum; quin etiam rurſus in balneum deducere veſperi juſſit, coenamque praebere, quali ſanus utebatur. Haec audiens Fauſtina pauliſper ibi morata, manu me prehendens, medicum quendam ex his qui eum erant comitati, Methodicum ſecum eduxit, jocansque Galenum inquit, hunc noviſti non verbis, ſed operibus cum vobis Methodicis pugnare. Frequenter enim jam multos febricitare incipientes lavit vinumque potui dedit; nonnullos etiam primo, quosdam tertio die ad conſueta munia relegavit, in quo omnes vos primis diebus duobus inediam praeſcribitis, ac ſuſpectas horas egredi decumben-

τες, ὑπερβάλλειν τὰς ὑπόπτους ὥρας κατακειμένους φυλάττεσθαι. καὶ νῦν οὖν, ἔφη, τὸ τῆς ἐπιστήμης βέβαιον ἐπιδείκνυται, βασιλικοῦ παιδὸς ἀποδημοῦντος τοῦ πατρὸς ἐν ταῖς πρώταις δύο πυρέξαντος σφο- [850] δρῶς, ὡς καὶ ὑμεῖς χθὲς ἠκούσατε, κατὰ τὴν τρίτην ἡμέραν οὐχ ὑπερβάλλειν, ὡς ὑμεῖς ἀξιοῦτε, τὴν ὀγδόην ὥραν ἀναμείνας, ἀλλ' ἤδη λούσας τε καὶ θρέψας· ὅ τε τροφεὺς αὐτῷ Πειθόλαος ἀκριβέστατος ὢν περὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς δειλίαν εἶναι τὴν ἀκρίβειαν αὐτοῦ, διὰ τὸ προπειρᾶσθαι τῆς τέχνης τοῦ ἀνδρὸς ἐπείσθη καὶ λοῦσαι καὶ θρέψαι πρὸ τῆς ὑπόπτου. ἡ μὲν τοιαῦτα ἔλεγε διαβαδίζουσα μέχρι τοῦ ὀχήματος· ἐγὼ δὲ μελλούσης αὐτῆς ἐπιβαίνειν αὐτοῦ χωριζόμενος εἶπον· ἐποίησάς με πολὺ μᾶλλον ἢ πρόσθεν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν μισεῖσθαι. χωρισθείς τε τῷ Πειθολάῳ διηγούμην αὐτός. καὶ μέντοι καὶ ὅτι διὰ τοὺς τοιούτους ἰατροὺς ἔναγχος ἔγραψα τὰς πραγματείας, μίαν μὲν τὴν περὶ τὰς διαφορὰς τῶν πυρετῶν, ἑτέραν δὲ τὴν περὶ τῶν κρισίμων ἡμερῶν, καὶ τρίτην τὴν περὶ τῶν κρίσεων, ἐπιδεικνὺς ὑφ' Ἱπποκράτους γεγράφθαι τὴν θεωρίαν, ἐφ' ἧς ἄν τις προγινώσκοι τὰ γενησόμενα περὶ

tes obſervatis. Ac nunc ideo, inquit, ſcientiae certitudo indicatur in regio puero, qui patre peregre agenti in primis duobus diebus vehementer febricitavit, ut etiam vos heri audiviſtis; tertio die non differre cibum, ut vos praecipitis, poſt horam octavam ſuſtinuit, ſed jam lavit nutrivitque; et educator ipſius Pitholaus in hujusmodi rebus exactiſſimus, ut diligentia ipſius timiditas ſit, eo quod viri artem prius eſſet expertus, perſuaſus eſt ut et lavaret puerum et ante horam ſuſpectam aleret. Hujusmodi ſane dicebat usque ad vehiculum pergens, ego vero quum illa eſſet ipſum conſcenſura, recedens dixi: feciſti me multo magis quam antea a medicis odio haberi; ac digreſſus Pitholao ipſe narravi. Quinetiam propter hujusmodi medicos opera conſcripſi, unum de febrium differentiis, alterum de diebus decretoriis ac tertium de criſibus; oſtendens ab Hippocrate traditam eſſe ſpeculationem, ex qua quis ea quae aegrotis ſupervenient praenoscit. Hi autem

Ed. Chart. VIII. [850.] Ed. Baſ. III. (461.)

τοὺς ἀῤῥώστους. οἱ δ' οὕτως εἰσὶν ἀφυεῖς, ὥστε μηδὲ μετὰ τῆς ἐμῆς ἐξηγήσεως δύνασθαι αὐτὰ μαθεῖν. αὐτὸς γὰρ σὺ, Ἐπίγενες φίλτατε, τὰ γεγραμμένα μοι περὶ τούτων ἁπάντων ὧν ἐθεάσω με προλέγοντα γινώσκεις ἐπιδεδειγμένα πρὸς Ἱπποκράτους εἰρῆσθαι, μόνην αὐτοῖς προσθέντος τὴν περὶ τοὺς σφυγμοὺς θεωρίαν, ἥνπερ καὶ μόνην οὐκ ἐξειργάσατο, καθάπερ οἱ μετ' αὐτὸν ἄλλος ἄλλο τι προσθεὶς αὐτῇ μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου ἐπεκόσμησαν. καὶ γὰρ ἡ γνῶσις τῶν τοῦ σώματος διαθέσεων ἐκ θεωρίας γίνεται, ὥσπερ ἐκ τούτων ἀκριβοῦς γνώσεως, ἡ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι πρόγνωσις.

Κεφ. ιγ'. [*Πρόγνωσις τῆς ἐσομένης κρίσεως διὰ τῆς κατὰ τοὺς μυκτῆρας αἱμορῥαγίας.*] Καὶ τό γε σοῦ παρόντος γενόμενον, ἡνίκα περὶ φλεβοτομίας ἐσκέπτοντο τῶν ἐν Ῥώμῃ πρωτευόντων ἔνιοι, διὰ τῶν ὑπομνημάτων ὧν ἐποίησα δείκνυται, δεδειγμένων ὑφ' Ἱπποκράτους τελεώτατα. πέμπτην γὰρ ἡμέραν ἦγε τοῦ νοσήματος ὁ νεανίσκος, ἐφαίνετο δὲ παραλελεῖφθαι τὸ τῆς φλεβοτομίας βοήθημα, δεο-

tam ſunt male nati ac rudes, ut ne mea quidem expoſitione adjuti ea poſſint intelligere. Nam tu ipſe noſti, Poſthume cariſſime, conſcripta a me de his omnibus, quae vidiſti me praedicere, fateri ab Hippocrate eſſe indicata, praeter ſolam pulſuum ſpeculationem; quam etiam unam non elaboravit; ſicut qui eum aetate ſequuti ſunt, alius aliud ei adjiciens, ad hunc usque diem exornarunt. Etenim corporis affectuum cognitio ex ſpeculatione petitur; ſicut rurſus ex accurata horum cognitione, futurorum praecognitio.

Cap. XIII. [*Futurae criſis per ſanguinis fluxum e naribus praenotio.*] Jam quod te praeſente factum eſt *in juvene quodam*, quum nonnulli medicorum, qui Romae principatum obtinent, de ſanguinis miſſione conſiderarent, commentariis quae conſcripſi indicatur, ab Hippocrate abſolutiſſime oſtenſum. Etenim quintum jam diem morbi juvenis agebat, videbaturque medicis venae ſectionis praeſi-

Ed. Chart. VIII. [850.] Ed. Baſ. III. (461.)

μένου τοῦ πάθους ἐν ἀρχῇ γεγονέναι περὶ δευτέραν, ἢ τρίτην, ἢ πάντως γε τὴν τετάρτην ἡμέραν αὐτήν. εἶτ' ἐπειδὴ μήθ' ἡ ὥρα τοῦ ἔτους, μήθ' ἡλικία τοῦ κάμνοντος, ὥσπερ γε μήθ' ἡ κατὰ τὴν ζωτικὴν δύναμιν ἀσθένεια μήθ' ἡ προγεγενημένη δίαιτα τοῦ νοσήματος ἀντεδείκνυτο, πάντα δ' ἀλλήλοις ὡμολόγει τὴν φλεβοτομίαν ἐνδεικνύμενα, συνεβούλευσαν οἱ ἰατροὶ τέμνειν τὴν φλέβα, προσηκόντως φρονοῦντες. ἐγὼ δὲ περινοήσας ἀκριβῶς ἅπαντα τὰ φαινόμενα, τὰ πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένα τῶν αἱμορραγήσειν μελλόντων σημεῖα, καλῶς μὲν ἔφην αὐτοὺς ὁρίζειν τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ αἵματος, ἔρχεσθαι δὲ ἐπὶ τοῦτο καὶ τὴν φύσιν ἐπειγομένην ἀποκρῖναι τὸ βαρῦνον αὐτήν· καὶ τοῦτο αὐτίκα μάλα γενήσεσθαι, κἂν ἡμεῖς μὴ ποιῶμεν. οἱ μὲν οὖν ἰατροὶ ταῦτ' ἀκούσαντες ἐθαύμαζον δῆθεν. ἐξαναστάντος δ' ἐπὶ τῆς κλίνης τοῦ νοσοῦντος, ὡς ἀναπηδῆσαι θέλοντος, ἐρωτηθέντος δὲ, τίνος ἕνεκεν ἀνεπήδησε μηδενὸς φοβεροῦ παρόντος, φάντος δὲ τὸν ἐρυθρὸν ὄφιν ἐξέρποντα

dium eſſe aſſumendum, quum affectus in principio eam ſecundo, aut tertio, aut ſaltem quarto die fieri deſideraret. Deinde quum neque anni tempus, neque aegrotantis aetas, quemadmodum neque facultatis vitalis imbecillitas, neque praecedens victus ratio indicationem morbo contrariam praeberet, omnia vero inter ſe conſentirent, ſanguinis miſſionem indicantia, conſuluerunt medici venam incidere, ut par eſt ſapientes. Ego autem omnibus quae apparent exacte conſideratis ab Hippocrate proditis indiciis, eorum quibus ſanguis erumpet. Recte dixi ipſos ſanguinis detractionem definire, ſed naturam eo impelli, coactam id quod ſe gravat excernere, atque hoc ſtatim adeo futurum eſſe, etiamſi nos non faciamus. Medici his auditis admirabantur nimirum. Ubi vero aegrotus in lecto inſurrexiſſet tanquam vellet exilire, rogatus autem qua de cauſa exiliret, quum nihil adeſſet metuendum, dixit rubrum ſerpentem ex tegula irrepentem, ſe videntem ti-

Ed. Chart. VIII. [850. 851.] Ed. Baſ. III. (461.)

τῆς ὀροφῆς θεασάμενον αὐτὸν δεῖσθαι, μή πως ἀποσφαλεὶς ἐπ' αὐτὸν κατενεχθείη, καὶ διὰ τοῦτο φυγεῖν τὸν τόπον, ἐν ᾧ κατέκειτο. τοῖς μέντοι οὐδέν τι συντελεῖν ἐδόκει τοῦτο πρὸς τὴν μέλλουσαν αἱμορῥαγίαν. ἐμοὶ δὲ τά τ' ἄλλα διασκεψαμένῳ πάντα καὶ τὸ κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος τῆς ῥινὸς ἄχρι τοῦ μήλου θεασαμένῳ τὴν τέως ἀμυδρὰν ἐρυθρότητα πολὺ δή τι νῦν ἐμφανέστερον γενομένην, ἐπίδοξον ὅσον οὔπω κατὰ τὸν δεξιὸν μυκτῆρα τὸ τῆς αἱμορῥαγίας ἔσεσθαι [851] σαφῶς ἐφαίνετο. καί τινι τῶν παρόντων οἰκετῶν τοῦ κάμνοντος ἠρέμα διαλεχθεὶς, ἀγγεῖον ἔχειν ἕτοιμον ὑπὸ τὴν ἐφεστρίδα τῶν ἐπιτηδείων δέξασθαι τὸ αἷμα, κἄπειτα φθεγξάμενος εἰς ἐπήκοον πάντων ἰατρῶν, ἐὰν βραχύτατον προσμείνωσι, θεάσεσθαι εὐν ἄνθρωπον ἐκ δεξιοῦ μυκτῆρος αἱμορῥαγοῦντα. τῶν δὲ γελασάντων ἐν τῷ προειρῆσθαι προσκεῖσθαι κατὰ τὸν λόγον τὸν δεξιὸν μυκτῆρα, καὶ μὴν, ἔφην, ἢ ἀμφότερα δεῖ γενέσθαι, ἢ περὶ θάτερά με σφαλῆναι. ὑπὸ γὰρ τῆς θεωρίας ἀμφότερα τὴν πρόγνωσιν ἔχει, τό θ' αἱμορῥαγῆσαι τὸν νοσοῦντα, τό τ' ἐκ δεξιοῦ μυκτῆ-

mere, ne aberrans ſuper ipſum dilaberetur, atque ideo locum in quo decumbebat. His ſane medicis id nihil conferre ad futuram ſanguinis eruptionem videbatur; mihi autem cum alia omnia ſpeculato, tum in dextra naſi parte usque ad malas obſcuram tunc rubedinem, multo nunc factam illuſtriorem, credibile propemodum jam videbatur ex dextra nare ſanguinem profluxurum manifeſto. Ac nonnulli ex his qui aderant aegroti famulis clanculum injunxi vas in promptu haberet ſub veſte, ſanguini excipiendo idoneum; ac deinde omnibus medicis audientibus loquutus, ſi pauxillulum manſerimus, hominem ex dextra nare ſanguinem fundentem conſpiciemus. At quum illi riderent, quod in praedicendo adjecerim dextram narem; atqui, dicebam, aut ambo oportet fieri, aut in altero me errare. Nam a ſpeculatione utraque praenotionem habent, tum quod aeger ſanguinem fundet, tum quod ex dextra nare, a quo me conjeciſſe advertendum conſului. Quum

Ed. Chart. VIII. [851.] Ed. Baſ. III. (461. 462.)

ρος, ἐφ' ᾧ τεκμήρασθαι προσέχειν ἠξίωσα. θεασάμενος οὖν τὸν νοσοῦντα δάκτυλον ὡς κνίζοντι τῷ μυκτῆρι ἐνερείδοντα, προσέχειν ἠξίωσα τῷ γινομένῳ τὸν κρύπτοντα τὸ ἀγγεῖον, ὅπως, ἐπειδὰν ἴδῃ τὸ αἷμα τοῦ μυκτῆρος ἐκχεόμενον, προσδραμὼν ὑποθῇ τὸ σκεῦος. ἅμα τε οὖν ἔλεγον ταῦτα καὶ τὸν δάκτυλον ἠμαγμένον ἐξείλκυσεν, ὅ τε οἰκέτης προσδραμὼν ὑπέθηκεν αὐτῷ τὸ ἀγγεῖον, ἐφ ᾧ μεγίστης κραυγῆς, ὡς οἶσθα, γενομένης οἱ μὲν ἰατροὶ πάντες ἔφυγον, ἐγὼ δ' ἐρομένῳ σοι τὴν θεωρίαν τῆς προγνώσεως ἐδήλωσα πᾶσαν ἐκ τῶν ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένων δεδιδαγμένος· ἔτι δὲ καὶ τοῦτο προσέθηκα, σφοδρὰν ἔσεσθαι προσδοκᾶν τὴν αἱμορ-ραγίαν. ἥ τε γὰρ ὁρμὴ τῆς φύσεώς ἐστιν ἰσχυρὰ καὶ ἡ νόσος ἄπεπτος· εἰώθασι δὲ τοῖς τοιούτοις αἰτίοις ἄμετροι κενώσεις γίγνεσθαι. διὸ καὶ παραμεῖναι ὀλίγον χρόνον τῷ κάμνοντι κάλλιον εἶναι νομίσας ἔπεμψα τὸν ἀκόλουθόν μου παῖδα κομίσαντα σικυίαν μεγάλην ἀφανῶς τοῖς πολλοῖς· ἐν τάχει τε αἵματος πολλοῦ κατὰ τὸ ἀγγεῖον ἀθροισθέν- (462) τος ἕτερον αἰτήσας δεξάμενος τὸ αἷμα καὶ τὸν σταθμὸν

igitur viderem aegrum indicem digitum tanquam prurientem naſo demittere, famulo vas occultanti mentem ei quod accideret advertere juſſi, ut quum ſanguinem e nare erumpentem videret, accurrens vas ſupponeret. Simulatque igitur haec dicebam, digitum e nare cruentum extraxit, famulusque accurrens vas ei ſubjecit; propter quod maximo, ut noſti, clamore orto omnes medici aufugerunt. Ego autem roganti tibi praenotionis ſpeculationem indicavi univerſam, ex his quae Hippocrates memoriae prodidit edoctus; praeterea hoc adjeci, vehementem ſanguinis eruptionem eſſe expectandam. Etenim impetus naturae valens eſt et morbus non coctus, cujusmodi cauſas immoderatae ſanguinis vacuationes comitari conſueverunt. Quare morari aliquandiu apud aegrotum ſatius eſſe ratus, puerum me comitantem miſi, qui adferret cucurbitam magnam multis inſciis; ac quum ſubito copioſus ſanguis in vaſe colligeretur, aliud poſtulavi; ac accipiens ſanguinem ac pondus, vidi evacuati libras quatuor et dimidias, aegrum-

Ed. Chart. VIII. [851.] Ed. Baf. III. (462.)

ἰδὼν τοῦ κενουμένου λιτρῶν ὄντα δ'. καὶ ἡμισείας ἀναῤῥόπον τε τὸν κάμινοντα σχηματίσας καὶ ψυχρὸν ὀξύκρατον ἀναῤῥυφεῖν τῷ μυκτῆρι κελεύσας, ἐπιθείς τε τῷ μετώπῳ σπόγγον ἐκ ψυχροῦ βεβρεγμένον μελικράτου καὶ τὰ κῶλα διαδήσας, ὡς οὐδὲν ὅλως ἤνυσε ταῦτα, τὴν σικυίαν κατὰ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον ὑποβαλὼν εὐθέως ἔστησα τὴν αἱμορῥαγίαν· ὅπερ ὅτι καὶ αὐτὸ τῆς Ἱπποκράτους ἐστὶ τέχνης, ἐδήλωσά σοι· καί μοι διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα καὶ τἄλλα πάνθ' ὅσα διὰ τῶν ἔργων ἐπεδειξάμην ἐγράφη. καὶ γὰρ ῥῖγος ἐσόμενον ὅπως χρὴ προγινώσκειν ἔγραψα, καὶ διαῤῥοιαν γαστρὸς, ἔμετόν τε καὶ πλῆθος οὔρων ἀμέτρων ἢ ἐπίσχεσιν, ἱδρῶτάς τε καὶ παρωτίδας ἐσομένας, ἀποσκήμματά τε παραφροσύνην τε καὶ παραφορὰν, ἅπαντά τ' ἄλλα συμπτώματα. τινὰ δὲ, ὡς ἔφην καὶ πρόσθεν, ὁ προμαθεὶς ταῦτα προσεπιλογίζεται πρὸς ἑαυτοῦ, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Βοηθοῦ παιδὸς προσεπελογισάμην ἐγὼ, ἐπί τε τῆς ἐρώσης καὶ τοῦ διὰ φόβου ἀθυμοῦντος.

Κεφ. ιδ'. [*Διάγνωσις τοῦ διαλιπόντος μὲν, ἀλλά γε κατὰ φύσιν σφυγμοῦ.*] Ἔναγχος, ὡς οἶσθα, καὶ τοιόνδε τι

que ſublimem figuravi, ac frigidam poſcam nare haurire juſſi, impoſuique fronti ſpongiam frigida mulſa imbutam, ac artubus deligatis, quum nihil haec omnino proficerent, cucurbitula in dextris praefixa praecordiis ſtatim ſanguinis fluorem cohibui; quod et ipſum ex Hippocratis arte ſumi tibi indicavi, atque a me idcirco tum haec, tum alia omnia quae in ipſis operibus oſtendi conſcripta ſunt. Etenim rigorem futurum quomodo praenoſcere oporteat, tradidi; alvi profluvium, vomitum, copiam urinarum immoderatam aut retentionem, ſudores, parotidasque eventuras; humorum decubitus, delirium, mentis alienationem aliaque omnia accidentia; quibusdam autem, ut dixi, antea cognitis, haec praeterea apud ſe conſideret, quemadmodum ego in Boëthi filio ratione collegi, ac in amante muliere et ſervo ex metu triſti ac dolente.

Cap. XIV. [*Intermittentis, ſed naturalis pulſus dignotio.*] Nuper, ut noſti, etiam quum tale quippiam

Ed. Chart. VIII. [851. 852.] Ed. Baf. III. (462.)

προειπόντος μου, τοὺς πολλοὺς ἐξέπλησσεν ἡ πρόγνωσις. οἰκονόμος γάρ τις, ἅπαντα διοικῶν ὀρθῶς τὰ τοῦ δεσπότου καὶ διὰ τοῦτο τιμώμενος, ἑτέρων αὐτὸν ἰατρῶν ἰωμένων, ἐκρίθη μὲν ἑβδομαῖος ἱδρῶτι, τῇ δ' ὑστεραίᾳ διαλείποντα τὸν σφυγμὸν εὑρόντες αὐτοῦ κακοήθη διάθεσιν ἐν τῷ σώματι φωλεύειν ἔδοξαν, σφαλέντες μεγάλως. εἶτα τῆς οἰκίας ἐξελθόντος ἅμα τῷ δεσπότῃ τοῦ νεανίσκου, κατὰ τύχην ἀπήντησάν μοι, διηγησάμενοι τὰ προγεγονότα καὶ τὰ παρόντα συμπτώματα, τί ποτε σημαίνει τὸ κατὰ τὸν [852] σφυγμὸν ἀλόγως γεγονὸς, ἐδέοντο μαθεῖν. κἀγὼ πυθόμενος πλησίον εἶναι τὴν οἰκίαν, ἐν ᾗ κατέκειτο, συνῆλθον αὐτοῖς ἁψάμενος τὸν σφυγμὸν τοῦ νεανίσκου. κατὰ γὰρ αὐτὴν τὴν αἰσθητικὴν διάθεσιν, εἶπόν σοι, πολλάκις οὐκ ὀλίγα σφάλλονται καὶ τῶν ἀξιολόγων ἰατρῶν ἔνιοι, μέγαν ἡγούμενοι τὸν οὐ μέγαν σφυγμὸν, ὥσπερ γε ἐνίοτε καὶ ταχὺν τὸν οὐ ταχὺν, ἢ βραδὺν τὸν μὴ βραδύν. ὡσαύτως δὲ περὶ τὴν τῶν ἀμυδρῶν τε καὶ σφοδρῶν καὶ σκληρῶν καὶ μαλακῶν σφυγμῶν διάγνωσιν σφάλλονται, καὶ μᾶλλον ἔτι περὶ τὴν [τῶν

praedicerem, vulgares iſtos attonitos reddidit praenotio. Nam oeconomus quidam omnia domini negotia recte adminiſtrans ac ideo in precio habitus, quum alii medici ipſum curarent, criſin per ſudorem ſeptimo die expertus eſt. Poſtridie pulſum ipſius deficientem invenientes malignam in corpore diſpoſitionem latitare opinati ſunt, magno errore; deinde adoleſcente una cum domino domum egreſſo, caſu mihi occurrerunt, narratis ſymptomatis quae praeceſſerant et in praeſentia urgerent, quidnam id quod praeter rationem in pulſu evenerat, indicaret, poſtulabant diſcere. Ac ego audiens domum, in qua decubuerat, eſſe in propinquo, cum ipſis ingreſſus ſum, tetigique adoleſcentis pulſum. Nam in ipſa ſenſibili diſpoſitione frequenter etiam illuſtrium medicorum nonnulli haud mediocriter, ut dixi tibi, errant, dum pulſum non magnum cenſent magnum, quemadmodum interim et citatum non citatum vel tardum non tardum. Pari modo in languidis et vehementibus, duris et mollibus pulſibus digno-

Ed. Chart. VIII. [852.] Ed. Baſ. III. (462.)

ἀτάκτων τε καὶ τεταγμένων, ὁμαλῶν τε καὶ ἀνωμάλων, ἐν ἀθροίσματί τε καὶ κατὰ μίαν διαστολὴν, δι' οὓς κἀγὼ τέτταρα περὶ τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν ἔγραψα βιβλία, προηγούμενα τεττάρων ἑτέρων, ἃ περὶ τῶν ἐν σφυγμοῖς αἰτιῶν ἐπιγέγραπται. δεῖται γὰρ ἀμφοτέρα τῶν πραγματειῶν ἡ περὶ τῆς διὰ τῶν σφυγμῶν προγνώσεως, ἐν τέτρασί τε καὶ αὐτὴ γεγραμμένη βιβλίοις, δι' ἣν καὶ αἱ προειρημέναι δύο τυγχάνουσιν οὖσαι. χρησιμωτάτης δὲ τῆς καθ' ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλίας οὔσης, γυμνασίας ἰσχυροτέρας δεομένης εἰς διάγνωσιν, ὡς ἐπιδέδεικται, ὡς ἂν πολλὰς ἐχούσης διαφοράς. ὅταν ὁ σφυγμὸς ὅ τε κατὰ μίαν ἐνέργειαν ὅ τε κατὰ πλείους ἐφεξῆς ἀλλήλων μηδὲν ἔχῃ παρὰ φύσιν ἄλλο, πλὴν τοῦτο μόνον, ὃ κατὰ διάλειψιν γίνεται. γινώσκειν οὖν χρὴ τὸ τοιοῦτον ἐκ γενετῆς εἶναι σύμπτωμα, διαγινώσκεσθαι δὲ χαλεπώτατόν ἐστιν, μᾶλλον δ' ἀδύνατον ἄνευ τῶν πασῶν τῶν κατὰ τοὺς σφυγμοὺς διαφορῶν ἀκριβῶς αἰσθάνεσθαι. θεασάμενος οὖν τὸν ἄνθρωπον οὕτως ἔχοντα, συνε-

ſcendis falluntur, ac magis adhuc in ordinatis et inordinatis, aequalibus et inaequalibus; tum in collectione tum in una diaſtole, propter quos ego etiam quatuor de pulſuum dignotione libros conſcripſi, alios praecedentes quatuor, qui de pulſuum cauſis titulum habent. Requirit enim utrosque commentarios opus de praenotione ex pulſibus et ipſum in quatuor libros diſtinctum, propter quod etiam commemorata duo exiſtunt. At quum quae in uno pulſu conſiſtit inaequalitas, maximum ut oſtenſum eſt uſum afferat, vehementiori exercitio ad dignotionem ſui indiget, ut quae multas habeat differentias. Pulſus autem et qui una actione et qui in pluribus ordine ſubſequentibus inaequalis eſt, nihil habet praeter naturam aliud, praeterquam hoc ſolum, quod per intermiſſionem accidit. Hujusmodi igitur ſymptoma ab origine eſſe, ſcire convenit, ſed quod difficillime dignoſci queat; imo non poteſt, niſi omnes pulſuum differentias exacte ſentias. Intuitus igitur hominem ita habentem conſului medicis, ut refectoria vi-

Ed. Chart. VIII. [852.] Ed. Baf. III. (462.)

σπληνὸς καὶ πνεύμονος τὴν σύστασιν. τὰ δὲ ὀστέα οὐδὲ παρέγχυμα τῆς τροφῆς δύναιτ' ἂν λέγειν, οὐδ' ἐκ τῶν προειρημένων τριγενῶν ἀγγείων πεπλέχθαι. κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην στοιχεῖα ἀνθρώπου, ὄγκοι θραυστοὶ καὶ πόροι. κατὰ δὲ τὸν Ἀθήναιον στοιχεῖα ἀνθρώπου οὐ τὰ τέσσαρα πρῶτα σώματα, πῦρ καὶ ἀὴρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ, ἀλλ' αἱ ποιότητες αὐτῶν, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν, ὧν δύο μὲν τὰ ποιητικὰ αἴτια ὑποτίθεται, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, δύο δὲ τὰ ὑλικὰ, τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ πέμπτον παρεισάγει κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς τὸ διῆκον διὰ πάντων πνεῦμα, ὑφ' οὗ τὰ πάντα συνέχεσθαι καὶ διοικεῖσθαι. Ἱπποκράτης μὲν οὖν διὰ τριῶν κεχώρηκεν, εἰπὼν στοιχεῖα ἀνθρώπου ἴσχοντα, ἰσχόμενα, ἐνορμῶντα, δι' ὧν τὰ πάντα τῶν μετ' αὐτὸν περιείληφε στοιχεῖα καὶ τὴν κατὰ στοιχείων φυσιολογίαν τε καὶ αἰτιολογίαν τῶν παρὰ φύσιν· οἱ δὲ μετ' αὐτὸν οὐκ οἶδ' ὅπως μίαν οὖσαν τὴν θείαν ταύτην καὶ ἀληθῶς Ἀσκληπιοῦ ἰατρικὴν τριχῇ διανεμάμενοι καὶ διασπάσαντες τὰ ἐν αὐτῇ συμφυῆ μέρη, οἱ μὲν μόνοις

ex praedictis vaſis triplicibus compoſita eſſe dicere poſſit. Aſclepiadi hominis elementa ſunt corpuscula manantia, fragiliaque et inviſibilia foramina. Secundum Athenaei ſententiam non quatuor illa prima corpora, ignis, aër, aqua, terra, ſed eorum qualitates, calidum, frigidum, ſiccum et humidum. Ex quibus duo cauſarum efficientium munere fungi, puta calidum et frigidum: duo materialium, ſiccum et humidum ſupponit. Quintum vero ex Stoicorum opinione introducit ſpiritum cuncta penetrantem, a quo omnia contineantur et gubernentur. Hippocrates cum triſariam hominis elementa diviſiſſet, in continentia, contenta et ea quae impetum faciunt, quibus omnia poſt ipſum elementis comprehendit, nec non naturae elementorum tractationem, eorum quae praeter naturam ſunt cauſas, haud ſcio quomodo ſucceſſores ejus unam illam re vera divinam Aeſculapii medicinam in tres partes ſibi cohaerentes diſtribuerint atque divulſerint. Alii enim humidis tum eorum, quae ſecundum naturam habent, con-

Ed. Chart. II. [368.] Ed. Baſ. IV. (375.)

τοῖς χυμοῖς τῶν τε κατὰ φύσιν τὴν σύστασιν καὶ τῶν παρὰ φύσιν τὴν αἰτίαν ἀνέθεσαν, ὡς Πραξαγόρας καὶ Ἡρόφιλος. οἱ δὲ τὰ στερεὰ σώματα τὰ ἀρχικὰ καὶ στοιχειώδη ὑποθέμενοι, τά τε φύσει συνεστῶτα ἐκ τούτων καὶ τῶν νόσων τὰς αἰτίας ἐντεῦθεν λαμβάνουσιν, ὡς Ἐρασίστρατος καὶ Ἀσκληπιάδης· οἱ δὲ περὶ Ἀθήναιον καὶ Ἀρχιγένην μόνῳ τῷ διήκοντι δι' αὐτῶν πνεύματι καὶ τὰ φυσικὰ συνεστάναι τε καὶ διοικεῖσθαι καὶ τὰ νοσήματα πάντα, τούτου πρωτοπαθοῦντος γίνεσθαι ἀπεφήναντο, ὅθεν καὶ πνευματικοὶ χρηματίζουσι.

Κεφ. ι'. [*Ὀνομασίαι τῶν ἐκτὸς μερῶν τοῦ σώματος.*] *Περὶ δὲ τῶν ἐκτὸς μερῶν τοῦ σώματος ἢ μορίων καὶ τίνες αἱ ὀνομασίαι αὐτῶν, πρῶτος μὲν ὁ Ἀριστοτέλης ὑπελάβετο διδάξαι τε καὶ συγγράψαι. ἀναγκαῖον δὲ καὶ τοῖς μεταγενεστέροις ἰατροῖς ἔδοξε καὶ αὐτοῖς τὰ αὐτὰ πραγματεύεσθαι, ὅπως μὴ τὴν χεῖρα ἐπιφέροντες δεικνύωσιν ἕκαστον τῶν μερῶν ἢ τῶν μορίων, ἀλλ' ἐκ τῆς ὀνομασίας αὐτάρκη ἔχωσι τὴν δήλωσιν αὐτῶν. μάλιστα δὲ τοῦτο οἱ περὶ Ἐρα-*

ſtitutionem, tum cauſam eorum, quae praeter naturam, ſolis attribuere, ut Praxagoras et Herophilus: alii ſolidis corporibus initia et elementa attribuentes, ex his, tum quae natura conſiſtunt, tum morborum cauſas inde capiunt, ut Eraſiſtratus et Aſclepiades. Athenaeus vero et Archigenes ſpiritu ſolo ea penetrante tum naturalia conſiſtere ac gubernari, tum morbos univerſos hoc prius offenſo creari dixerunt. Unde et ſpiritales, veluti qui omnia ſpiritibus attribuant, nuncupantur.

Cap. X. [*Exteriorum corporis partium appellationes.*] De externis corporis partibus ſeu particulis et quae earum nomina ſint, primus Ariſtoteles docuiſſe ſimul ac conſcripſiſſe creditus eſt. Temporis autem proceſſu medicis quoque ipſis poſterioribus de iisdem tractare neceſſarium viſum eſt, ne manu allata quamque partem aut particulam oſtenderent, ſed ex appellatione ſufficientem earum notitiam haberent: quorum in numero id maxime

Ed. Chart. II. [368. 369.] Ed. Baf. IV. (375.)

σίστρατον ἐζήλωσαν, ὡς Ἀπολλώνιος ὁ Μεμφίτης καὶ Ξενοφῶν ὁ πρὸ αὐτοῦ. διαιροῦσι τοίνυν τὸ ὅλον σῶμα οἱ μὲν Αἰγύπτιοι ἰατροὶ εἰς τέσσαρα, κεφαλὴν, χεῖρας, θώρακα καὶ σκέλη, οἱ δὲ ἄλλοι εἰς πλείονα καταδιαιροῦντες τὰ προειρημένα τέσσαρα εἰς ἕτερα μέρη τοῦ ὅλου, οὐχ ὡς ἐκείνων μόρια. κεφαλῆς γοῦν τὸ μὲν πᾶν κύτος μέρος ἂν λέγοιτο τοῦ ὅλου σώματος. ταύτης δὲ μόρια τὸ μὲν ἔμπροσθεν ὑπὲρ τὰς ὀφρῦς ψιλὸν τριχῶν ἀπὸ ὠτὸς ἐπὶ οὖς μέτωπον καλεῖται, τὸ δὲ ἐπάνω τούτου τετριχωμένον βρέγμα. τὰ δὲ παρ' ἑκάτερα τούτου ἐπάνω τῶν ὤτων κρόταφοι. τὸ δὲ ὑπὲρ τὸ βρέγμα κατὰ μέσον τῆς κεφαλῆς κορυφὴ, ἀφ' ἧς καὶ δοκεῖ ἄρχεσθαι ἡ ἔκφυσις τῶν τριχῶν, ὡς ἀπὸ κέντρου κύκλος. τὸ δὲ μετὰ τὴν κορυφὴν ἐκ τῶν ὄπισθεν ὡς ἐπὶ τοὺς τένοντας καταβαῖνον ἰνίον. [369] ἐκ δὲ τῶν ἐμπροσθεν πρόσωπον μὲν τὸ ὑπὸ μέτωπον πᾶν λέγεται, περιοριζόμενον ὡσὶ καὶ ὀφθαλμοῖς καὶ ῥινὶ καὶ στόματι μέχρι γενείου. ἄρχεται δὲ ἀπ' ὀφρύων· καθ' ἃ γὰρ λήγει τὸ μέτωπον ἀπὸ τῶν ἄνω κατιὸν, αἱ ὀφρύες διαδέχονται, οἷον

fuerunt Erafiſtrati ſectatores aemulati, ut Apollonius Memphites et hoc prior Xenophon. Dividunt igitur totum corpus Aegyptii medici quadrifariam, in caput, manus, thoracem et crura. Alii has quatuor partes in plures diducunt, nempe in alias totius partes, non ut illarum particulas. Capitis igitur tota latitudo pars ipſius corporis dicetur. Hujus particulae ſunt hae. Anterior ſuperpoſita ſuperciliis, pilis nuda, inter utramque aurem ſita frons nominatur. Hac ſuperior capillis intecta ſinciput. Partem ab utroque ſincipitis latere ſupra aures ſitam tempora appellamus. In media capitis regione ſinciput ſuperante eſt vertex: unde velut a centro circulus capillorum exortus incipere videtur. Poſt verticem a poſteriore capitis parte ad usque tendones, occiput deſcendit. A priore ſub tota fronte, auribus, oculis, naſo et ore ad mentum usque circumſcripta, a ſuperciliis incipiens, facies dicitur. Ubi enim frons a ſuperioribus deſcendens deſinit, ſupercilia ceu termini ejus eminentes et pilis con-

Ed. Chart. II. [369.] Ed. Baſ. IV. (375.)

πέρατα αὐτοῦ ὑπερέχοντα καὶ τετριχωμένα. καθ' ἃ δὲ παρατείνει τὸ μέτωπον ἐπὶ τοὺς κροτάφους, ἐπὶ τοῖς πέρασιν αὐτοῦ, τὰ ὦτα τέτακται. τούτων δὲ τὰ μὲν ἀναπεπταμένα πτερυγώματα, τὰ δὲ ἀνακεκλασμένα εἰς τοὐπίσω ἐκ τῶν ἔμπροσθεν, αὐτοῖς τοῖς ἄκροις ἐπικαμπτόμενα κυβοειδῆ, ὑφ' ἃ τὸ μὲν ἡμικύκλιον ἐμπεριφερὲς εἰς ὀξὺ ἐπανεστηκὸς ξυστὴρ ὀνομάζεται, τὸ δὲ ὑπὸ τὴν τούτων ὀξύτητα κοῖλον κογχίον. τὸ δὲ κατὰ μέσον στρογγύλον τρύπημα ἀκουστικὸς πόρος, ὑφ' οὗ λοβίον μὲν ἐστι τὸ ἀπηρτημένον τοῦ ὠτὸς πιμελῶδες. το δὲ ὑπερκείμενον ἀντιλόβιον. ὑπὸ δὲ τὰς ὀφρῦς αἱ ὀφθαλμοί εἰσιν, ἃ καὶ ὄμματα καλεῖται, τὸ πᾶν σχῆμα μετὰ τῶν μορίων αὐτῶν. τούτων δὲ τὰ μὲν σκέποντα τὴν ἔνδον τῶν χιτώνων σύστασιν βλέφαρα καλεῖται, τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, συμβάλλοντα ἀλλήλοις πυκνῶς καὶ ἀκρονιγῶς εἰς ἀνάληψιν τῆς ὄψεως καὶ εἰς τὸ ἀπερύκειν τὰ πληκτικῶς προσπίπτοντα τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐπ' ἀκριβὲς δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς ὕπνοις, εἰς ἀποστροφὴν τῆς ὁρατικῆς δυνάμεως, πρὸς τὸ καθησυχάσαι τὸν ἄνθρωπον. βλεφάρων δὲ

ſiti eam excipiunt. Qua autem frons ad tempora porrigitur, in ipſius terminis aures ſitae ſunt, quarum pars aperta ala dicitur, refracta ab anteriori in poſterius ipſis ſummitatibus inflexis cubiformis, ſub qua ſemicirculus rotundus in mucronem exurgens ſcalper appellatur. Hujus acumini concavum, quod ſubjacet, conchula. In hujus medio rotundum foramen meatus auditorius vocatur, ſub quo particula pinguis ab aure ſuſpenſa lobus eſt ſeu auricula, ſuperior pinna. Oculi ſuperciliis ſubjacent, quae et lumina dicuntur, nempe tota figura cum ipſis particulis. Superius inferiusque interiores tunicas contegentes palpebrae appellantur, haec inferior, illa ſuperior. Committuntur invicem crebro et extremo tactu ad viſus recreationem et ad prohibendum, ne quid extrinſecus violenter oculis incidat: maxime vero, quemadmodum in ſomnis, viſoriae virtutis avertendae gratia, quo melius homo conquiescat. Partes autem juxta oculos totos ſitae, qua palpebrae invicem committuntur, tarſi nominantur: unde pili

Ed. Chart. II. [369.] Ed. Baſ. IV. (375. 376.)

τὰ μὲν πρὸς τοῖς ὀφθαλμοῖς ὅλοις, καθὰ ἡ συμβολὴ αὐτῶν πρὸς ἄλληλα γίνεται, ταρσοὶ ὀνομάζονται, ἐξ ὧν ἐκπεφύκασι τρίχες, αἱ βλεφαρίδες λέγονται, ἀφ' ὧν πεφύκασι τὰ ὀνόματα ἀπενεγκάμεναι. γεγόνασι δὲ πρὸς τὸ ἀπευθύνειν τὸ ὁρατικὸν πνεῦμα ἢ, ὡς τινες λέγουσι, τὰς ἔνδοθεν ἐκχεομένας ἀκτῖνας εἰς τὸ διορᾶν. ἀμέλει τούτων ἐκπεσουσῶν, κατακλωμένων, οὐκέτι ὁμοίως ἐπ' εὐθὺ, οὐδὲ ἐπὶ μακρὸν δύναται βλέπειν τὸ ζῶον. τὰ δὲ ἐντὸς τοῦ ὀφθαλμοῦ πέρατα, καθ' ἃ αἱ συμφύσεις τῶν βλεφάρων, κανθοὶ καλοῦνται, ὁ μὲν πρὸς τὴν ῥῖνα ὁ μέγας, μικρὸς δὲ ὁ πρὸς τὸ οὖς. τὸ δὲ μεταξὺ αὐτῶν, τὸ λευκὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ, οὗ ἐν μέσῳ ἡ ἶρις κύκλος ποικίλος τοῖς χρώμασι, διὸ καὶ ἶρις ἐκλήθη, ἀπὸ τῆς πρὸς τὴν ὑπαίθριον ἶριν ἐμφερείας. ταύτης δὲ πάλιν τὸ μεσαίτατον κόρη, δι' ἧς τὸ ὁρᾶν συντελεῖται. ἡ δὲ ῥὶς μεταξὺ τῶν ὀφθαλμῶν τέτακται, ταύτης δὲ τὰ μὲν ἑκα- (376) τέρωθεν μυκτῆρες ἢ μυξωτῆρες καλοῦνται, δι' ὧν ἀναπνεῖ τε καὶ ὀσφραίνεται τὰ ζῶα. μυκτήρων δὲ τὰ μὲν ἔξωθεν πτερύγια, τὸ δὲ διορίζον αὐτὰ κίων. ἑκατέρωθεν

proveniunt, quos cilia nuncupant, a quibus orta ſunt, ducto nomine. Facti autem in hoc ſunt pili iſti, ut viſorium ſpiritum vel, ut quidam ajunt, radios interiore parte effuſos perſpiciendi gratia dirigant. His itaque elapſis vel retortis, nequaquam animans ſimiliter in rectum vel in longum videre poteſt. Interiores oculi termini, ubi palpebrae coaleſcunt, anguli dicuntur, qui quidem ad naſum magnus, qui ad aures parvus. Quod in horum medio conſiſtit, oculi candidum. Hujus rurſus medium iris circulus coloribus varius occupat: unde et a ſimilitudine, quam cum caeleſti illa Iride habet, nomen accepit. Hujus rurſus media pars, per quam viſus peragitur, pupilla eſt. Naſus inter oculos ſitus eſt: ejus partes utrinque ſitae nares vocantur, quibus animalia reſpirant et olfaciunt. Exteriores autem narium partes pinnulae ſive alae nominantur, quod autem eas diſcriminat, interſeptum vocamus. In utraque naſi parte, quae proprie concava ſunt ſub oculis ſita, concava nuncupamus:

Ed. Chart. II. [369. 370.] Ed. Baf. IV. (376.)

δὲ τῆς ῥινὸς τὰ μὲν κοῖλα ἰδίως, τὰ ὑπὸ τῆς ὀφθαλμοῦς κοῖλα καλεῖται, ἐξ ὧν λέγονταί τινες κοῖλοι. διὰ νόσους δὲ ταῦτα ἐπαίρεται ἐξ ἀπεψίας, ἢ δυσαρεστήματος. τὰ δὲ τούτοις ἐπανεστῶτα μεταξὺ ῥινὸς καὶ ὤτων μῆλα ὀνομάζεται, ἃ τοῖς εὐχρουστέροις καὶ ἐλευθεριωτέροις ἐν τῷ αἰδεῖσθαι ἐρυθριᾷ. σιαγόνες δὲ τὰ ὑπὸ τούτων κατιόντα, ὡς ἐπὶ τὸ γένειον καὶ ταύτῃ εἰς τὸ ὀξὺ αὐτοῦ ἀπολήγοντα. γένειον δὲ πᾶν τὸ ὑποκάτω τοῦ χείλους ἐν περιφερεῖ παραμήκει σχήματι. μύσταξ δὲ τὸ ὑπεράνω τοῦ χείλους, ὑπὸ τοὺς μυξωτῆρας, ὅπερ Ὅμηρος ὑπήνην ἐκάλεσε. στόμα δὲ τὸ ἀνὰ μέσον τῶν χειλῶν, ὑπ' αὐτῶν συνιστάμενον καὶ συνεχόμενον. ἔοικε γὰρ ταῦτα οἷον συμπεφυκότα, εἶτα ἀποσχισθέντα τὸ στόμα ποιεῖν, διὸ καὶ φαίνεται οἱονεὶ ἄρτι διῃρημένα. τὸ δὲ ἐκδεχόμενον τὴν κεφαλὴν μέχρι τῶν ὤμων τὸ μὲν πᾶν τράχηλος λέγεται. τούτου δὲ τὰ μὲν ὄπισθεν ἰδίως τένοντες ὀνομάζονται. ὑπὸ δὲ τὸν τράχηλον ἑκατέρωθεν οἱ ὦμοί εἰσιν ἐπανεστῶτες, ὧν τὸ μὲν ἀνώτατον ἀκρώμιον καλεῖται, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου εἰς τὸ ἔμπροσθεν [370] κατακλεῖδες· μεταξὺ τούτων αἱ σφαγαί. ἀπὸ δὲ τῶν ὤμων αἱ

unde quidam concavi nominantur. Per morbum autem haec attolluntur ob hominis cruditatem vel diſplicentem diſpoſitionem. His autem ſuperiores inter naſum et aures malae, quae bene coloratis et ingenuis pudore ſuffuſis rubent. Hinc maxillae ad mentum usque deſcendunt et hac in mucronem deſinunt. Mentum id omne eſt, quod labro inferiori longa orbiculari figura ſubjacet. Superior pars labri ſub naribus myſtax Homero hypene appellatur. Quod intra labra deſcribitur et ab eis conſtituitur et continetur, os eſt. Videntur enim haec quaſi connata, poſt diducta os efficere: quare etiam veluti nuper diviſa apparent. Quod caput excipit et ad humeros usque pertinet, id totum cervix dicitur: hujus poſteriores partes proprie tendines appellantur. Dein ſub cervice humeri utrinque prominent quorum verticem ſummum humerum nominant, quod ab hoc prorſum vergit, claviculae exiſtunt, inter quas jugulum habetur. Ab humeris manus incipiunt, utraque ex

Ed. Chart. II. [370.] Ed. Baſ. IV. (376.)

χεῖρες ἔρχονται παρηρτημέναι ἑκατέρα τῇ καθ' αὑτὴν πλευρᾷ. τούτων δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ὤμου μέχρι ἀγκῶνος βραχίων καλεῖται. ἀγκὼν δὲ καθὰ συγκάμπτεται ἡ χεὶρ ὅλη, οὗ τὸ ἔξω μέρος κορωνὸν καὶ ὀλέκρανον ὀνομάζεται. τὸ δὲ μετὰ τοῦτο πῆχυς, ᾧ καὶ μετροῦσιν οἱ ἄνθρωποι. καθ' ὃ δὲ τελευτᾷ ὁ πῆχυς καὶ ἄρθρον ποιεῖ πρὸς ἄκραν χεῖρα, καρπὸς καλεῖται καὶ τὸ μετὰ τοῦτο μετακάρπιον. εἶτα κόνδυλοι, ὅθεν ἄρχονται οἱ δάκτυλοι. δακτύλων δὲ ὁ μὲν μέγιστος ἀντίχειρ καλεῖται, διὰ τὸ ὅλῃ τῇ χειρὶ ἄκρᾳ συνεργοῦντα ἴσον αὐτῇ δύνασθαι. ὁ δὲ μετὰ τοῦτον λιχανὸς, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τῆς χρείας τοὔνομα ἔχων· ἐφεξῆς ὁ μέσος καὶ μετὰ τοῦτον ὁ παραμέσος, ὁ τοῖς ἰατροῖς ἀνακείμενος καὶ ἀπ' αὐτῶν τοὔνομα κεκληρωμένος. ὁ δὲ ἐπὶ πᾶσι μικρὸς, καθ' ὃ πάντων ἠλάττωται. τὸ μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ καρποῦ ἄκρα χεὶρ λέγεται. ὑπτιαζούσης δὲ τὸ μὲν κατὰ τὸν ἀντίχειρα ἐπανεστηκὸς θέναρ καλεῖται, τὸ δὲ ἀντικείμενον αὐτοῦ ὑποθέναρ. τὸ δὲ ὑπὸ τὰς ἐκφύσεις τῶν δακτύλων στῆθος χειρός. τὸ δὲ μεταξὺ τούτων ἁπάντων κοῖλον χειρός.

ſuo latere propenſa: harum pars ab humero ad cubitum usque pertendens brachium vocatur: cubitus autem qua tota manus flectitur: cujus exteriorem partem corona et olecranum nominatur. Dein cubitus, quo et homines metiuntur. Ubi hic deſinit et cum ſumma manu articulum facit, carpus dicitur. Succedens huic pars metacarpium. Inde nodi, a quibus digiti incipiunt. Digitorum maximus, pollex eſt, quod toti ſummae manui cooperans aequipolleat. Poſt hunc index, nomen ab uſu, ut apparet, ſortitus: dein medius: hunc medio proximus ſequitur, medicis dicatus, atque ab iis nomen ſortitus. Poſtremus parvus dicitur, quod omnibus ſit inferior. Itaque a carpo ſumma manus dicitur: cujus ſupinae pars juxta pollicem aſſurgens vola nominatur, huic pars oppoſita ſubvola vocatur. Verum unde digiti procedunt, pectus manus eſt. Quod medium horum omnium eſt, manus concavum dicitur. Supra vero thorax ea pars appellatur, quae a collo toto

Ed. Chart. II. [370.] Ed. Baf. IV. (376.)

ἄνωθεν δὲ τὸ ὑπὸ τὸν τράχηλον πᾶν, ἐκ τῶν ἔμπροσθεν μέχρι λαγόνων, θώραξ καλεῖται. τούτου δὲ τὸ μὲν ὑπὸ τὰς κλεῖδας ἀμφοτέρωθεν καὶ τὰς χεῖρας, αἱ πλευραὶ, ἐξ ὧν καὶ πλευρὸν ἑκάτερον λέγεται, τὸ δὲ μεταξὺ τούτων στῆθος. καὶ τὸ μεσαίτατον αὐτοῦ στέρνον, μέχρι τοῦ χόνδρου, ὑφ' ὃν τὸ στόμα τῆς κοιλίας· ὁ δὲ τόπος οὕτως καὶ ἔξωθεν λέγεται. ἐντεῦθεν δὲ τὸ ἐπιγάστριον ἀνέρχεται. τὰ δὲ ὑπὸ στόμα τῆς κοιλίας· κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν εἰκότως ὑποχόνδρια καλεῖται, ἐπεὶ κατὰ τὴν εὐθύτητα ὑπὸ τὸν χόνδρον ἐστὶ, ὡσανεὶ μετὰ τοῦτον. εἰσὶ δὲ μύες ἡπλωμένοι καὶ ὑπεστρωμένοι τῷ περιτοναίῳ, ἔξωθεν δὲ σκεπόμενοι τῷ δέρματι. ὁμωνύμως δὲ τούτοις καὶ τὰ ἔνδοθεν σπλάγχνα ὑποχόνδρια καλεῖται, ἐπειδὴ καὶ αὐτὰ ὑπὸ τοὺς χόνδρους ἐστὶ τῶν νόθων πλευρῶν καὶ οἷον ἐντὸς αὐτῶν. τὰ δὲ ἐκτὸς μέσα, τὰ κυρίως λεγόμενα ὑποχόνδρια, τὸ μὲν ἔμπροσθεν τῶν λαγόνων περιέχον τὸ ὑποχόνδριον, ἐπιγάστριον, τὸ δὲ ἑκατέρωθεν κενεών. τὸ δὲ μεσαίτατον τοῦ λαγόνος ὀμφαλός. τὸ δὲ ὑπὸ τοῦτον ἦτρον. εἶτα τὸ ἐφήβαιον, ὃ καὶ ἐπίσειον καλεῖται.

ad ilia usque ex anteriore parte protenditur. Hujus pars, quae ſub claviculis utrinque et manibus habetur, coſtae ſunt: ex quibus et latus utrumque dicitur. In harum medio pectus. Hujus rurſus medium usque ad cartilaginem, ſub qua ventriculi os deliteſcit, ſternum: idem locus etiam extrinſecus ita appellatur. Hinc epigaſtrium oritur. Quae ſub ventriculi ore ad partem exteriorem apparent, hypochondria nominamus, quoniam ſecundum rectitudinem ſub cartilagine veluti poſt ipſam habentur. Sunt autem muſculi, qui expanſi peritonaeo ſubjacent: extrinſecus vero cute conteguntur. Aequivoco autem cum his vocabulo etiam interiora viſcera vocamus hypochondria: quoniam et ipſa ſub cartilaginibus notharum coſtarum ab interiore parte exiſtunt: ſed exteriora proprio. Quod ante ilia hypochondria comprehendit, abdomen eſt: quod utrinque eſt, ilia. Ilium medium occupat umbilicus. Sub hoc ſumen. Poſtea pubes ſequitur, quae et aqualiculus dicitur, in quem thorax finit: ubi et masculorum pudenda conſti-

Ed. Chart. II. [370.] Ed. Baſ. IV. (376.)

εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ θώραξ, ἔνθα καὶ τὰ αἰδοῖα τῶν ἀρρένων τέτακται καὶ τῶν θηλειῶν κατὰ τὴν διάφυσιν τῶν μηρῶν, ὅπως κρύπτηται ὑπὸ τούτων. τοῦ μὲν οὖν ἀρσενικοῦ τὸ προῦχον καυλός. τὸ δὲ ἄκρον αὐτοῦ βάλανος. καθ' ὃ δὲ τετρύπηται πρὸς ἔκκρισιν, ἀπὸ τῆς χρείας οὐρήθρα ὀνομάζεται· τὸ δὲ σκέπον τὸ ἄκρον ποσθή. τὸ δὲ κάτω μέρος τοῦ καυλοῦ κατὰ μῆκος αὐτοῦ ῥαφή. τὸ δὲ διατεῖνον μέχρι τῆς ἕδρας ταῦρος καλεῖται. διδυμοι δὲ καὶ ὄρχεις ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν ὀνομάζονται. καὶ ὄσχεον τὸ περὶ τοὺς διδύμους. τοῦ δὲ γυναικείου αἰδοίου, οὕτω γὰρ αὐτὸ οἱ παλαιοὶ ὠνόμαζον, αὐτὸς μὲν ὁ κόλπος κτεὶς καλεῖται. τὰ δὲ περιέχοντα τὸν κόλπον πτερυγώματα. τὸ δὲ μέσον τούτων κατὰ τὴν διασχίδα ἐκπεφυκὸς σαρκίδιον, νύμφη, ὃ καὶ διὰ τὸ προκύπτειν ἐπὶ πολὺ ἐκτομῆς ἀξιοῦται παρ' Αἰγυπτίοις ἐπὶ τῶν παρθένων. κοινῶς δὲ τὸ στόμα τοῦ ἀπευθυσμένου διὰ τῆς ἕδρας ἐξερχόμενον, πρὸς τὸ ἐπέχειν ὁπότε βουλόμεθα τὰς ἐκκρίσεις, εὐχρηστεῖ· δακτύλιος δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος καὶ σφιγκτὴρ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας κέκληται. τὸ δὲ ὑπὸ τὸν

tuta ſunt: tum foeminarum ad femoris utriusque exortum, ut ſub hoc occultentur. Maris pars prominens coles vocatur, ſummitas ejus glans: qua foramen habet ad excretionem, urethra ab uſu nuncupatur. Cutis quae eam contegit, praeputium dicitur. Inferior pars colis in longitudinem ejus vergens futura vocata eſt. Quae vero adusque ſedem producitur, taurus. Teſticuli duplici nomine didymi et teſtes, intus et foris appellantur. Quod teſticulos ambit, ſcrotum vocant. Muliebris autem pudendi (ſic enim ipſum nominaverunt antiqui) ſinus ipſe pecten vocatur. At quae ſinum ambiunt, alae vocantur, inter has autem caruncula ad fiſſuram exorta, nympha quam, quod multo promineat, Aegyptii in virginibus excidere conſueverunt. Porro recti inteſtini orificium per ſedem prodiens, quo excretionem, quum lubet, retinemus; annulus a figura, ab officio ſphincter vocatus eſt. Caeterum poſteriores corporis partes, quae collo ſubjacent,

Ed. Chart. II. [370. 371.] Ed. Baſ. IV. (376.)

τράχηλον ἐκ τῶν ὄπισθεν, οὕτως ἔχει διαθέσεώς τε καὶ ὀνομασίας. τὸ μὲν πᾶν νῶτα καλεῖται. ἐντεῦθεν δὲ τὰ μὲν ἑκατέρωθεν ὠμοπλάται, τὸ δὲ μεταξὺ αὐτῶν μετάφρενον, ᾧ καὶ στόμαχος ἔνδοθεν ὑπόκειται. [371] τὸ δὲ μεσαίτατον τοῦ νώτου παντὸς ἄνωθεν μέχρι γλουτῶν, ῥάχις. ταύτης δὲ τὸ μὲν εὐθὺ ὑπὸ τὸ μετάφρενον ἄκνηστιν εἶπεν Ὅμηρος, ὃ καὶ διασαφῶν προσέθηκεν,

— κατ᾽ ἄκνηστιν μέσα νῶτα.

ἐπεὶ καὶ κατὰ εὐθεῖαν τοῦ μήκους μέσα εἰσὶ τὰ νῶτα καὶ τὸ μέσον ἐστὶ τοῦ μεταφρένου καὶ ὀσφύος. διαδέχεται οὖν ἡ ὀσφὺς, ἥτις ἰξὺς ὠνόμασται, καθ᾽ ὃ ζωννύμεθα. λήγει δὲ αὕτη εἰς τὸ ἱερὸν ὀστοῦν. παρ᾽ ἑκάτερα δὲ τούτου τὰ ἰσχία ἐστὶ, ἐφ᾽ οἷς οἱ γλουτοί. διὰ τὸ ὀστᾶ εἶναι τὰ ὑποκείμενα μέγιστα, ἔνθεν ὑπεστρώθη αὐτοῖς σώματα σαρκώδη. ὧν τὰ κυρτώματα ἐκ τοῦ περιφερῆ εἶναι, σφαιρώματα προσαγορεύεται. ἐντεῦθεν δὲ ἡνωμένον τὸ σῶμα διχοφυὲς γίνεται. διαμερίζεται γὰρ εἰς δύο, ἃ καλεῖται σκέλη, ὧν τὴν διασχίδα, διχάλαν οἱ παλαιοὶ λέγουσιν. ταῦτα δὲ ὅλα μὲν μέ-

hunc ſitum et appellationem habent: totum dorſum vocatur: inde utroque in latere ſcapulae habentur. Media ipſarum pars inter ſcapulium, cui etiam ſtomachus intus ſubjacet. Rurſus media totius dorſi ſedes ſuperne ad clunes usque ſpina dicitur. Hujus partem, quae recto tramite ſub dorſo habetur inſcalptam Homerus nominavit, manifeſto aliis dictionibus exponens,

— κατ᾽ ἄκνηστιν μέσα νῶτα,

quoniam et juxta rectitudinem longitudinis media ſunt dorſi, mediumque eſt interſcapulii et lumbi. Spinam lumbi, qui ilium oſſa nominati ſunt, qua cingimur, excipiunt. Hi in os ſacrum terminantur: in cujus utraque parte coxae ſunt: in quibus nates, quoniam quae his ſubjiciuntur, maxima oſſa ſunt. Inde carnoſa ipſis corpora ſubſtrata ſunt. Quorum gibbae partes, quod orbiculares ſunt, globoſae natium partes nominantur. Inde corpus unum in duos exit proceſſus. Nam in duo crura

Ed. Chart. II. [371.] Ed. Baſ. IV. (376.)

χρι περάτων, σκέλη λέγεται, τούτων δὲ τὰ μὲν ἀπὸ τῶν ἰσχίων εὐθὺς ἐρχόμενα μηροί. καθὸ δὲ μετὰ ταῦτα συμβάλλει τὰ κῶλα τοῖς ὑποκάτω καὶ ἄρθρον ποιεῖ, γόνυ καλεῖται. οὗ τὰ κατόπιν, ἰγνύα ἢ ἀγκύλη. τὰ δὲ ἐντεῦθεν, ἐπὶ τὰ κάτω μέγιστα κῶλα κνῆμαι. ὧν τὸ μὲν ἔμπροσθεν ἀντικνήμιον, τὸ δὲ ὄπισθεν γαστροκνήμιη. τὰ δὲ πέρατα τῶν τῆς κνήμης ὀστῶν εἴς τε τὸ ἔνδον μέρος καὶ εἰς τὸ ἔξω ἐξέχοντα, σφυρὰ προσαγορεύεται. τὰ δὲ ἀπὸ τῶν σφυρῶν κυρίως πόδες λέγονται. ἀφ' ὧν καὶ ἕτερον μέτρον ἑαυτοῖς οἱ ἄνθρωποι εὗραντο, τὸν πόδα ἄραντες. τῶν δὲ ποδῶν τὸ μὲν ὄπισθεν πτέρνα ὀνομάζεται. τὸ δὲ ἔμπροσθεν ἀπὸ τῶν σφυρῶν μέχρι δακτύλων ταρσὸς καλεῖται. τούτου δὲ τὸ μὲν ἔνδοθεν πρὸς ἀλλήλους ἀφορώντων τῶν ποδῶν, ὡς ἐπὶ τὸν μέγαν δάκτυλον, ἀρχόμενον ἀπὸ τοῦ ἔσω σφυροῦ, πεδίον. τὸ δὲ ὑπὸ τούτου εὐθὺς ἐν μέσῳ κατωτάτω τοῦ ποδὸς κοῖλον. τὸ δὲ κατώτατον, ἐφ' ᾧ πατοῦμεν καὶ ᾧ ἐπιβαίνομεν, πέλμα. οὗ τὸ μὲν πρὸς τοὺς δακτύλους μετὰ τὸ κοῖλον ἐπανεστηκὸς, στῆθος ποδός. εἶτα οἱ δάκτυλοι,

nominata bipartitur, quorum diviſionem veteres biſulcam nominant: atque haec tota ad extrema usque crura dicuntur: quae vero a coxis ſtatim incipiunt, femora: ubi vero artus poſtea committuntur inferioribus articulumque efficiunt, genua nominamus. Eorum partes retrorſum ſpectantes, poplites vel ancyle: inde ad ima maximi artus tibiae: quarum anterior pars ocrea, poſterior ſura nominantur. Poſtremum oſſium tibiae in utrumque latus excedens talus eſt: ab hoc profecti, pedes proprie appellantur: quibus etiam menſuram ſibi aliam homines attollentes pedem invenerunt. Pedis pars poſterior calx: prior a talo usque ad digitos tarſus vocatur. Interior autem quaſi pedibus invicem ſe aſpicientibus ab interiore talo verſus magnum digitum procedens, pedium appellatur. Quod ſub hac ſtatim in medio imi pedis habetur, concavum dicitur. Infimum, quo terram contingimus et ambulamus, planta vocatur. Quod poſt concavum ad digitos aſſurgit, pectus

Ed. Chart. II. [371.] Ed. Baſ. IV. (376. 377.)

ἰσάριθμοι μὲν τοῖς τῶν χειρῶν, οὐ τυχόντες δὲ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων, διὰ τὸ μηδὲ τὰς αὐτὰς χρείας ἐπιτελεῖν, πλὴν ὅσα ἐκ τῆς κατὰ τὸ μέγεθος διαφορᾶς, ἢ ἐκ τῆς κατὰ τὴν θέσιν τάξεως.

(377) *Κεφ. ια'.* [*Ἀνατομὴ τῶν ἐντός.*] *Ἀνατομὴ καταχρηστικῶς μὲν λέγεται καὶ ἡ τῶν ἐκτὸς μερῶν τε καὶ μορίων τοῦ σώματος διέξοδος, ἥτις ἐστὶ διὰ λόγου διήγησις ἑκάστου, μετὰ τῆς κατὰ φύσιν θέσεως αὐτῶν καὶ τάξεως καὶ χρείας, ἣν παρέχεται τῷ ζώῳ καὶ τῆς οἰκείας ἑκάστου ὀνομασίας, περὶ ὧν ἤδη διεξηλθομεν· κυρίως δὲ λέγεται ἡ ἀνατομὴ, ἡ τῶν ἐντὸς μετὰ λόγου ἀνάπτυξις. οὐ γὰρ τὸ τῇ ὄψει αὐτὰ δειχθῆναι ἀνατομή ἐστιν, ἀλλὰ τὸ μετὰ λόγου ἑκάστου αὐτῶν γνῶσιν λαβεῖν, τάς τε κατὰ φύσιν ἐνεργείας, ὅπως δι' αὐτῶν ἀποτελοῦνται ἐκμαθεῖν καὶ τὰς κοινωνίας ἃς ἔχει πρὸς ἄλληλα τὰ σπλάγχνα καὶ τὰ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος διὰ φλεβῶν. ὁ μὲν οὖν ἐγκέφαλος ἐξ οὐδενὸς τῶν προειρημένων, κατ' Ἐρασίστρατον ἀρχικῶν ἀγγείων φαίνεται πεπλέχθαι, διὸ καὶ παρέγχυμα τροφῆς δοκεῖ αὐτῷ εἶναι.*

pedis nuncupatur. Deinde digiti numero manuum digitis pares. Non autem eadem fortiti nomina, quoniam nec eosdem praeſtant uſus, quanquam magnitudine aut ſitus ordine conveniant.

Cap. XI. [*Partium interiorum anatome.*] Anatome abuſive quidem dicitur etiam exteriorum corporis partium et particularum commemoratio, quae verbis uniuscujusque ipſorum naturalem ſitum, ordinem, uſum, quem animanti praebent, propriam cuique illorum appellationem, de quibus jam retulimus, percenſet: proprie vero anatome interiorum cum ſermone explicatio dicitur. Siquidem oculis eas indicatas eſſe, anatome non eſt, ſed cujusque notitiam ex ſermone ac verbis accepiſſe et naturales actiones, quomodo ipſas obeant, didiciſſe, praeterea quam invicem communionem viſcera aliaeque corporis partes per venas habeant. Cerebrum itaque ex nullo eorum, quae praediximus, principali vaſe compoſitum eſſe videtur Eraſiſtrato, eoque nutrimenti affuſio ipſi eſſe videtur. Eſt autem cor-

Ed. Chart. II. [371. 372.] Ed. Baſ. IV. (377.)

ἔστι δ' ἁπλοῦν σῶμα καὶ διὰ τοῦτο ἀρχικὸν καὶ κυριώτατον τῶν ἐν ἡμῖν. διὸ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς αὐτῷ πιστεύουσιν, ὡς Πλάτων καὶ Ἱπποκράτης. περιέχεται δὲ ὑπὸ μηνίγγων δύο, καὶ μιᾶς μὲν προσεχοῦς καὶ προστυποῦς αὐτῷ, ἣ καλεῖται χοροειδὴς καὶ ἔστι φλεβωδεστέρα. ἡ δὲ ἑτέρα ἐπὶ ταύτης οὖσα προσήρτηται μᾶλλον τῷ κρανίῳ κατά τινα μέρη. καὶ ἔστι νευρωδεστέρα. ἐκ μὲν οὖν τῶν ἄνω φλέβες ἀπὸ καρδίας εἰς αὐτὸν ὀχετεύουσι τὴν τροφὴν, κατὰ τὸ λεγόμενον ληχηνεῖον, ἐκ τῶν πρὸς τῇ βάσει ἀρτηριῶν. ἐντεῦθεν δὲ καὶ νεῦρα ἄρχεται ἐκφίεσθαι αὐτοῦ, ὅθεν καὶ εἰς πᾶν τὸ σῶμα ἀναδιδόασιν τὰς ψυχικὰς ἐνεργείας. νεύρων δὲ εἴδη δύο, τὸ μὲν τῶν συνδετικῶν, τῶν συνεχόντων τὰ ὀστᾶ πρὸς ἄλληλα. τὸ δὲ τῶν αἰσθητικῶν καὶ κινητικῶν, ἃ τὴν αἴσθησιν ἐμποιεῖ τῷ σώματι καὶ τὴν προαιρετικὴν κίνησιν εἰς πᾶν διαπέμπει, ἐξ ὧν καὶ τῶν μυῶν ἡ γένεσις. τῶν δὲ ὀφθαλμῶν οἱ πόροι ἐκπεφύκασι καὶ αὐτοὶ ἀπὸ τῆς βάσεως τοῦ ἐγκεφάλου, δι' ὧν τὸ ὁρατικὸν πνεῦμα εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς διαδίδοται. ἐντεῦθεν δὲ καὶ εἰς τοὺς μυκτῆρας

pus ſimplex, atque ob id omnium, quae humano continentur corpore et praecipuum et princeps. Quapropter Plato et Hippocrates animi principatum in eo conſtituunt. Comprehenditur ſane membranis duabus: una contigua et aſſimili, quae choroeides appellatur venoſiorque eſt: altera quae huic ſuperiacet, calvariae quibusdam partibus magis adhaereſcit. Sed haec nervoſior exiſtit. Ex ſuperiore igitur parte venae nutrimentum a corde juxta eum locum, qui torcular dicitur, ex arteriis, quae ad baſin ſunt, acceptum in id derivant, inde et nervi exortus principium ex eo capiunt, unde et animales functiones univerſo corpori communicant. Nervorum autem ſpecies duae ſunt, una mutuos oſſium connexus colligat continetque, altera ſentiendi movendique pro arbitrio facultatem toti corpori transmittit. Atque hinc etiam musculorum proventus eſt. Oculorum meatus et ipſi ab ima cerebri parte proveniunt et per eos viſorius ſpiritus oculis impertitur. Inde vero nares etiam proceſſus habent, per

Ed. Chart. II. [372.] Ed. Baſ. IV. (377.)

ἀποφύσεις ἤρτηνται, δι' ὧν τε ὀσφραινόμεθα καὶ δι' ὧν ἐκκαθαίρεται ὁ ἐγκέφαλος. εἰς δὲ τὰ ὦτα ἀποφύσεις μὲν οὔκ εἰσι. τέτρηται δὲ αὕτη ἡ μῆνιγξ ἐκ τῶν ὄπισθεν καὶ σκωληκοειδῆ ἀπόφυσιν ποιεῖται, δι' ἧς καὶ αὐτὰ ἀποκαθαίρεται καὶ ἐν ἀρχῇ ταύτης τὸ λεγόμενον κωνοειδές. ἐντεῦθεν δὲ καὶ ὁ ῥαχίτης μυελὸς ἄρχεται. κοιλίας δὲ ἔχει ὁ ἐγκέφαλος δύο· κατ' ἐνίους δὲ μίαν, ἔνθα τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς ἵδρυται. περιέχεται δὲ καὶ τὰ τοῦ κρανίου ὀστᾶ, ἄνωθεν ὑπὸ τῷ δέρματι, τῷ περικρανίῳ λεγομένῳ ὑμένι, ἐκπεφυκότι μὲν διὰ τῶν ῥαφῶν, ἐκ τῶν μηνίγγων· ἀρχὴ δὲ οὗτος γίνεται τοῦ τε ὑπεζωκότος τὰς πλευρὰς ὑμένος καὶ τοῦ διαφράγματος καὶ τοῦ περιτοναίου καὶ παντὸς ὑμένος νευρώδους. ὁ δὲ ὀφθαλμὸς συνέστηκεν μὲν καθ' Ἱπποκράτην ἐκ χιτώνων δύο, οὓς μήνιγγας ὁ Ἱπποκράτης καλεῖ, ἐπειδὴ ἐκ τῶν μηνίγγων ἐκπεφύκασιν. κατὰ δὲ τοὺς νεωτέρους ἐκ τριῶν, κατ' ἐνίους δὲ ἐκ τεσσάρων. πρῶτος μὲν οὖν ἔξωθέν ἐστιν ὁ κερατοειδής, λευκὸς μὲν κατὰ τὰ ἄλλα, κατὰ δὲ τὴν ὄψιν λεπτυνόμενος διαφαίνει τὸ ὑποκείμενον χρῶμα, καθ'

quos et olfacimus et cerebrum expurgatur. Ad aures proceſſus non ſunt, verum a poſteriore parte tenuis membrana, quam meningem vocant, perforata eſt, atque in vermis ſpeciem proceſſum habet: per quam ſimiliter ipſae repurgantur. In illius principio cerebri pars coniformis appellata, ſedem habet. Jam vero illinc et ſpinalis medulla incipit. Caeterum duos habet cerebrum ventriculos, ſecundum aliquos vero unum, ubi animi principatus reſidet. At calvariae oſſa ſuperiore parte ſub cute, membrana, quae per futuras e meningibus prodiit, pericranium appellata, conteguntur. Eſtque haec origo membranae coſtas ſuccingentis et ſepti transverſi et peritonaei et omnis membranae nervoſae. Oculus ex Hippocratis ſententia habet duas tunicas, quas Hippocrates meningas, quod ex illis provenerint, appellat. Recentiores tres ponunt, nonnulli quatuor. Ex quibus prima exterior eſt cornea vocata. Ea reliqua ſui parte alba eſt, pupillae loco extenuatur, perſpicuumque ſubjectum colorem reddit, qua-

Ed. Chart. II. [372.] Ed. Baſ. IV. (377.)

ὁ μέλας, ἢ γλαυκότερος, ἢ χαροπὸς φαίνεται· δεύτερος δέ ἐστιν ὁ ῥαγοειδὴς ῥαγὶ σταφυλῆς ἐοικὼς τὰ ἔνδοθεν, τετρημένος κατὰ τὴν κόρην. τρίτος δὲ ὁ ἀμφιβληστροειδὴς, ἐγκολπούμενος ὥσπερ καὶ δεχόμενος ἐπ' ἄκρῳ τὸν ὑπό τινων εἰσαγόμενον τέταρτον χιτῶνα, ὃν καὶ ἄδηλον προσαγορεύουσιν. ἔστι μὲν γὰρ ὑμὴν σμικρότατός τε καὶ ἰσχνότατος. ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος στερεοὶ ὑμένες καὶ χιτῶνες παχεῖς εἰσιν. ὁ δὲ τρίτος καὶ τέταρτος ἰσχνότατοι. διὸ καὶ Ἱπποκράτης τοὺς πρώτους μόνους οἶδε, λέγων. ὁ δὲ ὀφθαλμὸς μήνιγγας ἔχει δύο ὑγρὰ δὲ περιέχουσιν οἱ ὑμένες οὗτοι τρισσὰ, τότε ὑδατοειδὲς καὶ τὸ ὑαλοειδὲς καὶ τὸ κρυσταλλοειδές· βλεφάρων δὲ τὰ μὲν ἔσωθεν σαρκώδη, τὰ δὲ μεταξὺ χονδρώδη. ἔξωθεν δὲ δέρματι σκέπεται. διὰ δὲ τὸ σκληρὸν τοῦ μεταξὺ χόνδρου πιμελὴ ὑπέστρωται αὐτῷ οἷον μάλαγμα, ἥτις ἐπὶ τὸ πολὺ πλεονάζουσα τὰς ὑδατίδας ποιεῖ. ἡ δὲ γλῶσσα σαρκώδεις μὲν τὰ πλεῖστα· διττὸν δὲ νεύρων εἶδος ἐμπέφυκεν εἰς αὐτὴν ἐκ τῆς τοῦ ἐγκεφάλου βάσεως, τὸ μὲν τῶν καλουμένων μαλακῶν νεύρων, δι' ὧν τὴν αἴσθη-

tenus niger vel caeſius vel fulvus apparet. Secunda, qua pupilla eſt, modico foramine concava, quae quod parte interiore ſit acino uvae ſimilis, nominatur. Tertia retis modo ſinum habens, retiformis nuncupatur: perinde quaſi in ſummo quartam tunicam a nonnullis invectam excipiat, quam minus apparentem vocant. Eſt etenim membrana minima ſimul et tenuiſſima, ſed prima et ſecunda firmae membranae craſſaeque tunicae ſunt: tertia vero et quarta tenuiſſimae. Quare et Hippocrates priores ſolas cognovit, oculus, inquiens, membranas duas habet. Porro triplicem hae tunicae continent humorem. Hunc ab aquae ſimilitudine aqueum vocant. Illum vitreum, quod vitro quiddam ſimile referat. Tertium cryſtallinum. Palpebrarum interiores partes carnoſae: mediae cartilaginoſae, exteriores cute teguntur. At quoniam cartilago media dura eſt, adeps ſubjecta eſt lenimenti, malagmatisve inſtar, quae frequenter exuperans veſiculas aqua plenas parit. Lingua maxime carnoſa eſt, in quam duplex nervorum genus ab

Ed. Chart. II. [372. 373.] Ed. Baſ. IV. (377.)

σιν τὴν γευστικὴν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀναδίδωσι. τὸ δὲ τῶν σκληρῶν, δι' ὧν καὶ ἡ κίνησις, ἡ προαιρετικὴ ἐπ' αὐτὴν ἀναφέρεται. πρὸς δὲ τῇ ῥίζῃ αὐτῆς ἐμπέφυκεν ἡ ἐπιγλωττὶς, ἥτις ἐν τῷ καταπίνειν ἀνατρέχουσα ἐπιπωματίζει τὸν βρόγχον, ἵνα μή τι τῶν στερεῶν, ἢ ὑγρῶν ἐμπέσῃ εἰς αὐτόν. τῆς δὲ αὐτῆς αἰτίας ἕνεκα καὶ αἱ ἀντιάδες γεγόνασι, τέσσαρες οὖσαι τὸν ἀριθμὸν, δύο μὲν προφανεῖς πρὸς τῇ ῥίζῃ τῆς γλώττης ἑκατέρωθεν, δύο δὲ ἐχόμεναι τούτων ἐνδότεραι. λέγονται δὲ αὗται καὶ παρίσθμια, διὰ τὸ ἐοικέναι τὸ χωρίον ἰσθμῷ εἰς ὃ παράκεινται, μάλιστα δὲ ὅταν φλεγμαίνωσιν. διότι στενοῦσιν ἄγαν τὴν ὁδὸν ταύτην. [373] ἐπεὶ δὲ δύο ὕλαις διοικεῖται τὸ ζῷον, τροφῇ καὶ πνεύματι, πνεύματος μὲν ὁδοί τε καὶ καταδοχαὶ τάδε, ῥῖνες, στόμα, βρόγχος, τραχεῖα ἀρτηρία, πνεύμων. ῥὶς μὲν καὶ στόμα πρὸς τὸ ἀναπνεῖν, ὁ δὲ γαργαρεών, ἵνα μὴ ἀθρόως εἰς τὸν βρόγχον προσεμπίπτῃ ψυχρὸς ἀήρ. ἀρτηρία δὲ τραχεῖα, πάροδός ἐστιν αὐτῷ εἰς τὸν πνεύμονα ἐν τῷ στήθει κείμενον, δι' οὗ καὶ ἡ πᾶσα ἀναπνοὴ γίνεται, διαστελλομένου μὲν, ἵνα δέ-

ima parte cerebri prodiens inferitur. Alii molles appellati, guſtandi ſenſum ad principium: alii duri, motum arbitrarium ad ipſam deducunt. Ad hujus radicem exigua inhaeret epiglottis, quae cum deglutimus, recurrens arteriam claudit, ne quid ex ſolidioribus aut humidis in ipſam delabatur. Cujus rei quoque cauſa tonſillae numero quatuor creatae ſunt: duae ad linguae radicem, utrinque conſitae: duae his proximae, penitiores. Nominantur eaedem etiam parifthmia, quoniam locus ad quem ſitae ſunt, iſthmo, praeſertim cum per inflammationem intumuerunt, eoque tranſitum hunc aretum nimis reddunt, figura reſpondent. Porro quum duabus animal materiis gubernetur, alimento et ſpiritu; ad hunc quidem percipiendum nares, os, fauces, aſpera arteria et pulmo, partes ſunt aptiſſimae. Nares ſane et os reſpirationi ſerviunt: gurgulio, ne frigidus in fauces aër cumulatim irrumpat: aſpera arteria, ut eundem in pulmonem deducat cujus in pectore ſedes eſt: per hunc et omnis fit reſpiratio, ſubmittentem

Ed. Chart. II. [373.] Ed. Baſ. IV. (377.)

ξηται συστελλομένου δὲ, ἵνα ἐκπέμψῃ. διὸ καὶ ἔοικε τῇ μὲν ἐνεργείᾳ ταῖς χαλκευτικαῖς φύσαις, τῷ δὲ σχήματι βοὸς ὁπλῇ ἐν πνεύμονι δὲ κατεργασθέντος τοῦ πνεύματος, τὸ μὲν ἀναγκαιότατον εἰς τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν τῆς καρδίας φέρεται, τὸ δὲ ἄχρηστον ἐκπνεῖται δι' ὧν περ εἰσεπνεύσθη. τροφῆς δὲ ἀγγεῖα, τὰ πρὸς ὑποδοχὴν καὶ ὄργανα πρὸς κατεργασίαν τάδε· στόμα μὲν καὶ ὀδόντες, στόμαχος, κοιλία, νῆστις καὶ λεπτὰ ἔντερα. στόμα μὲν καὶ ὀδόντες πρὸς λέανσιν. στόμαχος δὲ πρὸς ὄρεξιν καὶ κατάποσιν. παρατέταται δὲ ἡ τραχεῖα ἀρτηρία καὶ διατείνει μέχρι διαφράγματος. κοινὴ δὲ πρὸς πέψιν ἡ γαστήρ. ἄρχεται δὲ ὡς ἀπὸ μέσου τοῦ χόνδρου, ἔνθα στόμα κοιλίας λέγεται, ὑπιοῦσα δὲ τὸ ἧπαρ, τῷ κύτει σιγματοειδὴς οὖσα, ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ νεύει, τῷ ἑτέρῳ ἄκρῳ, ἔνθα καὶ ὁ πυλωρός ἐστιν, ἵνα μὴ ἀθρόως διεκπίπτῃ αὐτῆς ἡ τροφή. νῆστις δὲ καὶ λεπτὸν ἔντερον πρὸς ἀνάδοσιν· πολλοὺς δὲ ἑλιγμοὺς ἡ νῆστις ἔχει καὶ συνέχεται τῷ μεσαραίῳ, ἢ μεσεντερίῳ, ὃ ἐξυφαίνουσιν αἱ εἰς

quidem ſe, ut ſpiritus emittatur, attollentem vero, ut idem recipiatur. Quare actione ſimilitudinem quandam cum fabrorum ſollibus habere videtur, figuram vero ungulae bubulae ſervat. Porro ex ſpiritu in pulmone elaborato quicquid maxime neceſſarium eſt, ad ſiniſtrum cordis ventriculum defertur, quicquid inutile eſt, illac, qua inſpiravimus, efflatur. Nutrimenti vaſa ad excipiendum et inſtrumenta ad elaborationem inſtituta haec ſunt, os, dentes, ſtomachus, ventriculus, jejunum et tenuia inteſtina. Os quidem et dentes cibum extenuant moluntque. Stomachus appetit et deglutit: appenſus autem aſperae arteriae ad ſeptum usque transverſum porrigitur. Ventriculus omnis eſt ad concoctionem, incipit velut a media cartilagine, ubi ventris os ſitum dicitur, ſubſidet leviter jecinori, latitudine ſigma literam referens et altero extremo in ſiniſtram partem vergit, ubi eſt et pylorus, quoniam portae modo, ne nutrimentum ex eo confertim delabatur, prohibet. Jejunum et tenue inteſtinum digeſtioni dicatum eſt, in ſinus

Ed. Chart. II. [373.] Ed. Baſ. IV. (377. 378.)

αὐτὸν καθήκουσαι φλέβες, δι' ὧν ἡ πλείστη ἀνάδοσις γίνεται ἐπὶ πύλας ἥπατος. συνάπτεται δὲ αὐτῇ τὸ λεπτὸν ἔντερον, ὡς μέρος αὐτῆς δοκεῖν εἶναι· ἔοικε γὰρ νήστει ἡπλωμένῃ. ἑξῆς δὲ τὸ τυφλὸν ἔντερον, πρὸς ὑποδοχὴν τῆς τροφῆς. ἐπὶ δὲ τούτῳ τὸ κῶλον πρὸς ὑποδοχὴν τῶν διακεκριμένων περιττωμάτων ἐκ τῆς ἀναδόσεως, δια- (378) βαῖνον δὲ ἐπὶ τὰ δεξιὰ ὑπὲρ ὀμφαλὸν ἐντὸς τοῦ ἥπατος καὶ τοῦ σπληνὸς εἰς τὰ κάτω πάλιν φέρεται διαζῶσαν τὸ ἐπιγάστριον ὅλον καὶ τελευτᾷ κατὰ τὸ ἀπευθυσμένον. δύο τοίνυν πόροι ἀρχόμενοι ἀπὸ τῆς τοῦ στόματος εὐρυχωρίας, ὁ μὲν κατὰ τὸ ἔμπροσθεν τοῦ τραχήλου τέτακται καὶ καλεῖται βρόγχος, ἢ τραχεῖα ἀρτηρία. ὅθεν δὲ ἄρχεται, καθ' ἃ ἀνεστόμωται φάρυγξ λέγεται, ἢ λάρυγξ. συνέστηκε δὲ ὁ πᾶς πόρος, ἐκ χόνδρων οἷον κρικοειδῶν, ἢ κυκλοτερῶν, ἵνα ἀσύμπτωτος μένῃ πρὸς τὸ ἀδιαλείπτως εἰσπνεῖν τὸ ζῶον, διὸ καὶ ἀεὶ ἀναπέπταται αὐτοῦ τὸ στόμα. τροφῆς μὲν γὰρ ἀποσχέσθαι ἐπὶ πλεῖστόν ἐστιν ὑπομένειν, μὴ εἰσπνεῖσθαι δὲ, οὐδὲ τὸ ἀκαριαῖον· διὰ τοῦτο δὲ καὶ καθαρὰν τῷ

multos implicitum: committitur autem meſaraeo ſeu meſenterio, quod venae in id deſcendentes intertexunt, per quas digeſtio plurima fit ad portas hepatis. Ei vero tenuius inteſtinum eſt ita connexum, ut pars ejus eſſe videatur, quippe jejuno explicato perſimile eſt. *Differt tamen quod nec vacuum ſit, nec vaſorum copiam habeat.* Deinde caecum inteſtinum alimento recipiendo accommodatum. Huic adhaereſcit laxius inteſtinum, quod excrementa ex diſtributione ſegregata ſuſcipit. Pertendens autem in dextram ſupra umbilicum inter jecur et lienem, deorſum rurſus fertur, totumque amplexum abdomen in rectum inteſtinum deſinit. Quum igitur duo meatus a lato oris ſpatio incipiant, alterum juxta priorem colli partem bronchum vel aſperam arteriam nominamus: alterum ſtomachum. Unde vero initium capit arteria et ubi aperitur, pharyngem vel laryngem vocant. Caeterum totus meatus ex cartilaginibus annuli modo vel circuli compoſitis conſtat, quo firmus continuae animantis reſpirationi

Ed. Chart. II. [373. 374.] Ed. Baſ. IV. (378.)

πνεύματι τὴν ὁίοδον ταύτην παρέχει, ὅπως μηδέποτε ἐμποδίζῃ τὴν ὁδὸν τῷ πνεύματι. ἀμέλει εἴπου ἐν τῷ τρέφεσθαι λαθὸν παρεμπέσοι τι εἰς αὐτὸν, εὐθὺς βὴξ καὶ πνιγμὸς ἐπακολουθεῖ, ἄχρις οὗ ἐξωθούμενον ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἀνενεχθῇ. διαπέμπει δὲ τὸ πνεῦμα ἡ τραχεῖα ἀρτηρία εἰς τὸν πνεύμονα καὶ περαιοῦται εἰς τὰς ἐν αὐτῷ τραχείας ἀρτηρίας, αἳ καὶ αὐταὶ καὶ βρόγχια καλοῦνται. ὁ δὲ στόμαχος ἐνδοτέρω τοῦ βρόγχου ὢν, πρὸς τοῖς σπονδύλοις τοῦ τραχήλου, συμπαρεκτείνεται μὲν τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ ἐπὶ πολὺ, ἀλλ' ὁ μὲν βρόγχος προσκείμενος, ἐν τῷ καταπίνεσθαι τὴν τροφὴν προσανατρέχων, ἐπιπωματίζεται ἀκριβῶς τῇ ἐπιγλωττίδι, ἥτις πέφυκεν ἐκ τῆς ῥίζης τῆς γλώττης. ἡ δὲ ἐπιγλωττὶς οὐ μόνον τὸ στόμα ἐπιπωματίζει, ἀλλὰ καὶ τὴν τροφὴν τὴν ὑπὸ τῆς γλώττης, οἷον ὑπὸ πτύου ἀναλιχμωμένην διαπορθμεύει, ὥσπερ γέφυρα, ἐπὶ τὸν στόμαχον ὑπὲρ τὸ στόμα τοῦ βρόγχου ὑπερθεῖσα αὐτήν. [374] ὁ δὲ στόμαχος φυσικὴν ἐνέργειαν ἔχων τὴν ὀρεκτικὴν δύναμιν διαστέλλεται μὲν ὑπὸ

maneat nec comprimatur, quare etiam oſtium ejus ſemper pateſcit. Nam cibi abſtinentiam tolerare potes diutiſſime, non inſpirare, ne minimum quidem temporis potes. Hujus rei gratia purum hunc ſpiritui tranſitum natura dedit, ne impedimenti quid ſentiat. Enimvero ſi quid vel cibi vel potus in arteriam imprudentibus delabitur, ſtrangulationes et tuſſes ſtatim excitantur donec a ſpiritus impetu excuſſum efferatur. Jam vero aſpera arteria ſpiritum pulmoni transmittit, definitque in ejusdem arterias aſperas, quas ipſas quoque bronchia nominant. Stomachus interius quam arteria exiſtens, cervicis vertebris annexus, longiſſime cum aſpera arteria porrigitur. Sed bronchus illi adjunctus, cum cibum deglutimus, recurrens, exacte ipſum lingula cooperit, quae ex linguae radice trahit originem. Porro haec lingula non modo os claudit, ſed etiam cibum a lingua velut ventilabro purgatum et arteriae orificio ſuperimpoſitum ad ſtomachum, pontis modo dejicit. Stomachus pro naturali functione appetendi facultatem

Ed. Chart. II. [374.] Ed. Baſ. IV. (378.)

τῆς ὀρέξεως καὶ καταπίνει τὰ εἰσφερόμενα. ἡ δὲ τῷ ὑποκειμένῳ στελλομένη, οἷον ἐκθλίβει καὶ ἀπωθεῖται αὐτὰ ἐπὶ τὰ ὑποκείμενα μέρη ἐκβαλὼν διὰ τοῦ διαφράγματος, συμφυεῖ τῷ στόματι τῆς κοιλίας, δι' οὗ στενοῦ πόρου ὄντος εἰς τὴν γαστέρα τροφὴ παρέρχεται γασιρὸς δὲ, ἣ μὲν φυσικὴ ἐνέργεια πέττει τὴν προσενεχθεῖσαν αὐτῇ τροφήν. πεφθεῖσα δὲ αὐτὴ, πρῶτον μὲν ἔοικεν χυλῷ πτισσάνης. διά τε τοῦ λεγομένου πυλωροῦ ὄντος ἔτι στενωτέρου, διηθεῖται εἰς τὴν νῆστιν ἡ τροφὴ, ἥτις λεπτὸν ἔντερον οὖσα, διὰ τοῦτο ὑπὸ τῆς φύσεως εἰς ἕλικας πλείστας συνετέθη, ὅπως μὴ ῥᾳδίως διακόπτηται, ἢ διασπᾶται. συνέχονται δὲ αἱ ἕλικες αὐτῆς καὶ ὑποβαστίζονται τῷ λεγομένῳ μεσαραίῳ, ἢ μεσεντερίῳ· οὐ μόνον δὲ τὴν χρείαν ταύτην παρέχει τὸ μεσάραιον, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ ἥπατος ἐκπεφυκυίας δύο φλέβας, ἔπειτα εἰς πολλὰς ἀποσχίδας διαιρουμένας, αἳ ἐμβάλλουσιν εἰς τὸ μεσάραιον, ὅπως καὶ αὗται μὴ διαῤῥήσσωνται. ἰσχναὶ οὖσαι. ἀλλ' ἀνέχονται ὑπὸ τοῦ ἐνυφασμένου αὐτῷ ὑπερεί-

habet. Dum appetit quidem, ſe attollit et quae offeruntur deglutit: dum autem accepta quaſi elidit et ad ſubjectas partes expellit, ac ventriculi orificio contiguo per transverſum ſeptum tradit, ſubmittitur. Per quem anguſtum exiſtentem meatum in ventrem alimenta deſcendunt. Ventriculi naturale officium eſt, ut alimentum ſibi commiſſum concoquat, quod a concoctione primum ptiſſanae cremori perſimile eſt: verum per eum quem pylorum appellari diximus, qui adhuc arctior eſt, alimentum jejuno inſtillatur, quod cum tenue ſit inteſtinum, in flexuoſiſſimos orbes natura implicavit, ne ex facili videlicet diſſecaretur divellereturque. Meſaraeum ſeu meſenterium amfractus et orbes ejus amplectitur, atque ipſos ſuſtentat: quamquam id non ſolum hunc praeſtat uſum, ſed etiam venas duas ſub jecinore emergentes *fulcit*, quae poſt in diverſas partes diducuntur et meſaraeo inferuntur, quo et ipſae, ſunt enim tenues, ruptionis periculum effugiant. Suſtinentur autem ab intexto eidem fulcimento, huic in-

Ed. Chart. II. [374.] Ed. Baſ. IV. (378.)

σματι, συγχρώμεναι τοῦτῳ καὶ οἷον διαβάθρα κουφιζόμεναι περαιοῦνται καὶ οὕτως ἐπὶ πάσας τὰς ἕλικας τῆς νήστεως ἐοικυίας βδέλλαις, ἀνεστομωμέναι εἰς τὴν νῆστιν, πᾶσαν δέχονται τὴν ἐν αὐτῷ κεχυλωμένην τροφήν. ἅμα δὲ τῷ δέξασθαι εὐθὺς ἐξαιματοῦσιν αὐτὴν χυλὸν ὄντα τὸ πρόσθεν, μέχρις ὅτε ἐν τῇ νήστει ἐστί. οὐδὲ γὰρ ἑτέρωθεν αἵματος ἀγγεῖον, οὔτε φλέγματος, ἢ ἄλλου τινὸς εἶναι περιεκτικὸν, ὁ τῆς φύσεως νόμος διαγορεύει. πάλιν οὖν διὰ τοῦ μεσαραίου αἱ φλέβες αὗται ἐδέξαντο, δύο γενόμεναι ἐκ πολλῶν ἐμβάλλουσιν εἰς τὸ ἧπαρ κατὰ τὰς λεγομένας αὐτοῦ πύλας. ἐν δὲ τῷ ἥπατι ἐξαιματουμένης τῆς τροφῆς, ὁμοῦ διακρίνεται ἕκαστον τῶν περιττωμάτων. καὶ ἡ μὲν ξανθὴ χολὴ ἐπὶ κύστιν τὴν ἐν τῷ ἥπατι φέρεται. ἡ δὲ μέλαινα ἐπὶ σπλῆνα. ἀπὸ δὲ ἥπατος ἐξαιματωθεῖσα ἡ τροφὴ εἰς τὴν δεξιὰν ἀναδίδοται τῆς καρδίας κοιλίαν. ἀπὸ δὲ τῆς καρδίας, διὰ μὲν τῶν σφαγιτίδων, ἐπὶ τὰ ἄνω τὸ αἷμα ἀναδίδοται. διὰ δὲ τῆς κοίλης φλεβὸς, ἐπὶ πάντα τοῦ σώματος τὰ μέρη. ἀπὸ γοῦν τῆς κοίλης φλεβὸς διακρινομένου τοῦ ἐρῤῥώδους

nitentes et veluti ſubſtrato allevatae ſiniunt. Atque hoc pacto in ſingulis amfractibus ad hirudinum ſimilitudinem compoſitis, aperto ore jejuno inhiantes, omnem in eo alimoniam in ſuccum converſam exugunt. Simul autem inter exugendum protinus ipſum in ſanguinem mutant, qui ſuccus antea erat, dum in jejuno eſſet. Non enim aliunde vel pituitae vel ſanguinis vel alterius cujusdam vas eſſe natura indicat. Rurſus igitur duae factae ex multis venae, a meſaraeo acceptum, ad hepar per dictas ejus portas digerunt. In jecinore quum ſanguinis naturam nutrimentum induit, recrementa ſingula pariter ſecernuntur. Flava bilis ad veſicam ei inhaerentem defertur: atra ad lienem. Jam vero ab hepate verſum in ſanguinem alimentum in dextrum cordis ventriculum diſtribuitur. A corde ſanguis per jugulares venas ad ſuperiores corporis partes derivat. Per cavam autem venam in univerſum corpus diffunditur. Ab hac rami duo, ſanguine jam a ſero diſcreto, ad renes perreptant, qui lumbis ſub clunium carnibus, per quas

Ed. Chart. II. [374.] Ed. Baf. IV. (378.)

ἀπὸ τοῦ αἵματος, ἀποσχίδες ἐπὶ νεφροὺς φέρουσιν, οἱ κεῖνται κατὰ τὴν ὀσφὺν ὑπὸ τὰς ψόας, δι' ὧν διηθεῖται τὸ οὖρον. ἐπὶ τὴν κύστιν δὲ παραγίνεται, διὰ τῶν λεγομένων οὐρητήρων. ἡ δὲ κύστις δέχεται μὲν κατὰ τοῦ σώματος αὐτῆς τὸ οὖρον. ἐκκρίνει δὲ διὰ τοῦ καυλοῦ εἰς τὰ ἐκτός. δίδυμοι δὲ τὴν μὲν σύστασιν ἀδενώδεις, δοχεῖα δέ εἰσιν καὶ ἐργαστήρια τοῦ γόνου, ὃς φέρεται ἐπ' αὐτοὺς διὰ τῶν κρεμαστήρων. καθήκουσι δὲ εἰς αὐτοὺς καὶ ἕτερα ἀγγεῖα τὰ τρέφοντα αὐτούς. περιέχεται δὲ ὑπὸ δύο χιτώνων, τοῦ τε ἐρυθροειδοῦς καὶ τοῦ δαρτοῦ λεγομένου. ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ ὀσχή. ταῖς δὲ γυναιξὶν ἡ ὑστέρα ἔοικεν ὀσχῇ ἀνεστραμμένῃ. ἀνεστόμωνται εἰς τὸ ἔνδον αὐτῆς φλέβες, ὡς ὅτι πλεῖσται, δι' ὧν τὸ αἷμα ἀποκαθαίρεται, ὃ ἐν ταῖς συλλήψεσιν ἐπέχεται καὶ χωρεῖ εἰς τροφὴν καὶ διάπλασιν τοῦ ἐμβρύου· ἀπὸ γὰρ τῶν φλεβῶν τῶν πλεκουσῶν τὸ χορίον γενόμεναι δύο φλέβες καὶ ἀπὸ τῶν κατ' αὐτὸ ἀρτηριῶν δύο ἀρτηρίαι καὶ ἀπὸ τῶν νεύρων νεῦρον ἓν συνελθόντα ἀποτελεῖ τὸν οὐραχὸν, ὃς ἐμβάλλει εἰς τοῦ ἐμβρύου τὸν ὀμφαλὸν, ἐξ οὗ καὶ ἐκαύεται καὶ ἀποκρεμᾶται. ἀπὸ δὲ ὀμφαλοῦ αἱ μὲν φλέβες

urina deſtillat, inhaerent. Ad veſicam autem per ureteras proficiscitur. Veſica corpore ſuo urinam recipit et per colem foras excernit; teſticuli vero ſubſtantia glanduloſi ſunt, conceptacula et officinae feminis, quod per cremaſteres ad eos fertur. In quos etiam alia vaſa ipſos nutrientia deſcendunt. Caeterum duabus tunicis contegun-tur, quarum tenuiorem erythroidem, valentiorem dartum appellant. Ab his eſt, quod ſcrotum dicitur. Foeminis autem vulva ſcroti converſi ſimilitudinem refert Venae in partem ejus interiorem quam plurimae aperiuntur, per quas ſanguis expurgatur: qui in conceptibus retinetur, ceditque in alimentum foetui et formationem. Nam a venis, quae ſecundas implicant, binae aliae prodeuntes venae, ab arteriis ibidem ſitis binae arteriae et a nervis unus nervus mutuo in unum congreſſu urachum appellatum abſolvunt, qui inſantis umbilico inſeritur, ex quo et enaſcitur et ſuſpenſus eſt. Ab umbilico autem venae ad je-

Ed. Chart. II. [374. 375.] Ed. Baſ. IV. (378.)

ἐπὶ ἥπατος πύλας τὸ αἷμα διδόασιν ἐπὶ τῶν ἐμβρύων. αἱ δὲ ἀρτηρίαι κατὰ τὴν κύστιν εἰς τὴν παχεῖαν ἀρτηρίαν ἐμβάλλουσι. τὸ δὲ νεῦρον τοῦτο εἰς τὴν ῥάχιν.

[375] *Κεφ. ιβ'.* [*Περὶ ὀστεολογίας.*] Τῶν δὲ ὀστῶν διττὴ ἡ σύνθεσις, ἡ μὲν πρὸς τὸ κινεῖσθαι καὶ καλεῖται ἄρθρον, ἡ δὲ πρὸς τὸ ἀκίνητον καὶ καλεῖται συνάρθρωσις. εἴδη δὲ ταύτης τρία, ῥαφὴ, σύμφυσις, γόμφωσις, κατὰ ῥαφὴν μὲν οὖν σύγκεινται τὰ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὀστᾶ. ῥαφαὶ δὲ εὑρίσκονται ἐπὶ τῶν πλείστων πέντε. στεφανιαία ἡ διὰ τοῦ βρέγματος. ὀβολιαία ἡ διὰ τῆς κορυφῆς. λαμβδοειδὴς, ἡ διὰ ἰνίου. κροτάφιαι δύο καθ' ἑκάτερον κρόταφον μία. ὀστᾶ δὲ κρανίου ἑπτά· ἰνίου ἕν· κορυφῆς δύο· κροτάφων δύο· μετώπου ἕν. πολυμόρφου ἕν· ἐκφύσεις δὲ ἔχει ὁ ἐγκέφαλος δύο, ἑκατέρωθεν τῆς παρεγκεφαλίδος, αἳ καλοῦνται κορῶναι. ἐναρμόζονται δὲ εἰς τὰς τοῦ πρώτου σπονδύλου κοιλότητας, ἐν ᾧ καθάπερ ἐπὶ κνώδακος τῆς τοῦ δευτέρου σπονδύλου ἀποφύσεως, ἡ κεφαλὴ εἴς τε τὰ πλάγια ἐπιστρέφεται, ἀνανεύει τε καὶ ἐπινεύει. μετὰ δὲ ταῦτα, αἱ ὀστοειδεῖς ἀπο-

cinoris portas ſanguinem in foetibus transmittunt: arteriae vero juxta veſicam, craſſiori arteriae: nervus hic ſpinae inſeritur.

Cap. XII. [*De oſteologia.*] Oſſium duplex compoſitio, una ad motum accommodata nomen articuli habet: altera ad ſtabilitatem, ſynarthroſis appellatur. Hujus autem tres ſunt ſpecies, ſutura, ſymphyſis et gomphoſis. Suturis igitur capitis oſſa conſtant. Inveniuntur autem ſuturae in plurimis quinque. Prima per ſinciput, coronalis. Altera per verticem ſagittalis. Tertia per occipitium, lambdoidea littera. Duae temporales, in utroque temporum una. Oſſa calvariae ſeptem numerantur, occipitis unum, verticis duo, temporum item duo, frontis unum, multiformis unum. Cerebrum duos ab utraque cerebelli parte proceſſus obtinet quae coronae vocantur, qui in primae vertebrae cavitates inſinuantur, in qua velut centro, ſecundae vertebrae caput in latera movetur, annuit, renuitque, deinde oſſei dicti proceſſus duo, paululum in-

Ed. Chart. II. [375.] Ed. Baſ. IV. (378. 379.)

φύσεις καλούμεναι δύο μικρὸν διεστῶσαι, δι' ὧν τένοντες καὶ νεῦρα καταφέρονται· εἶτα ἄλλα δύο ἐπάνω τῶν ἀκουστικῶν πόρων, τὰ ζυγοειδῆ καλούμενα ὀστᾶ· ὑπὸ δὲ ταῦτα λιθοειδῆ ὀστᾶ δύο καὶ ταῦτα. ἔμπροσθεν δὲ αἱ βελονοειδεῖς ἐκφύσεις. ἐγένοντο δὲ εἰς διάστασιν τοῦ φαρυγγέτρου. καὶ λέγεται ὑοειδὲς ὀστοῦν, καθ' ὃ χόνδρῳ συνδεῖται αὐτῶν τὰ ἄκρα. ἐπάνω δὲ τούτων τὰ ἀνώνυμα, ὧν κατὰ τὸ ἔμπροσθεν μέρος κεῖται τὸ πολύμορφον. κατὰ δὲ σύμφυσιν τὰ τῆς ἄνω γνάθου ὀστᾶ σύγκειται. συμφύσεις δὲ ἔχει τὸ πρόσωπον ἐννέα, μίαν μὲν κατ' εὐρυ- (379) *χωρίαν ἑκατέραν τῶν ὀφθαλμῶν τεταγμένην· δύο δὲ ἐκ πλαγίων τῆς ῥινός. καὶ ἄλλην μέσην τὴν ῥῖνα ἐπ' εὐθείας τέμνουσαν. δύο δὲ κατὰ μῆλα καὶ δύο κατὰ τῆς ὑπερώας πλαγίας. μίαν δὲ ἐπ' εὐθείας διαιροῦσαν καὶ τέμνουσαν τὴν ὑπερώαν. κοιναὶ δὲ προσώπου καὶ κεφαλῆς αἱ ἐπὶ τῶν ζυγωμάτων. ὀστᾶ δὲ προσώπου δώδεκα, ῥινὸς δύο. ὀφθαλμῶν δύο. μήλων δύο, ὑπερώας τέσσαρα. τὰ τῶν φατνίων δύο, τὰ τοῖς πτερυγίοις ὅμοια. ἡ δὲ κάτω γνάθος κατ' ἐνίους μὲν δύο ἐστὶν ὀστᾶ*

vicem diſſidentes, per quos tendines et nervi deorſum feruntur. Poſt alia duo oſſa ſuper foramina, per quae facultas audiendi eſt, emergunt, jugalia appellata. Sub his rurſus alia duo petroſa. Priore capitis parte proceſſus ſunt ſtiliformes. Facti autem ſunt ad faucium diviſionem. Ubi ſummae eorum partes cartilagine committuntur, os hyoeideum appellatur. Quae vero ſuper his ſunt, nomen deſiderant. Quorum in priore parte ſitum eſt os multiforme. Porro ſuperioris maxillae oſſa ſymphyſi conſtant. Facies item ſymphyſes novem habet. Prima in lato utroque oculorum ſpatio ſitum obtinet: duae a latere narium utroque. alia medias nares recta interſecat. Malae quoque ſingulas habent. Duae rurſus obliquae palatum ſecant, unaque in rectum idem palatum dividit. Communes autem faciei et capiti ſunt in oſſibus jugalibus. Jam quidem faciei duodecim oſſa ſunt, narium duo, oculorum quoque totidem, malarum ſingula, palati quatuor, dentium receptaculorum duo, alis ſimilia. Maxilla inferior quo-

Ed. Chart. II. [375.] Ed. Baſ. IV. (379.)

συμπεφυκότα κατὰ τὸ γένειον· κατ' ἐνίους δὲ ἕν. κατὰ γόμφωσιν δὲ σύγκεινται οἱ ὀδόντες, ἐγγεγόμφωνται γὰρ τοῖς φατνίοις. εἰσὶ δὲ τὸν ἀριθμὸν λβ'. ἓν τε τῇ ἄνω καὶ κάτω γνάθῳ. τομεῖς ὀκτώ. κυνόδοντες τέσσαρες, μυλίται εἴκοσι. τῶν δὲ ἄλλων ὀστῶν αἱ μὲν κλεῖδες πρὸς μὲν τὸ ἀκρώμιον συμφυεῖς δέδενται, πρὸς δὲ τὸ στέρνον μίγμα ἄρθρου καὶ συμφύσεως δοκοῦσιν ποιεῖσθαι. ἐοίκασι δὲ τῷ σχήματι τῷ ῥωμαϊκῷ σίγμα S, *καὶ αὐτῷ ἡπλωμένῳ. ἑξῆς δὲ πλευραί. δώδεκα γὰρ αἱ πᾶσαι καθ' ἑκάτερον πλευρόν. ἑπτὰ δὲ αὐτῶν πρός τε τοὺς τῆς ῥάχεως σπονδύλους καὶ πρὸς τὸ στέρνον συνάπτουσιν ἑκατέρωθεν. αἱ δὲ λοιπαὶ πέντε τῇ μὲν ῥάχει συμβάλλουσιν ἐκ τῶν ὄπισθεν, κατὰ δὲ τὰ ἔμπροσθεν εἰς ἀλλήλας ἀνανεύουσαι, χόνδρῳ συνδέονται. οἱ δὲ σπόνδυλοι εἰκοσιτέσσαρες μὲν οἱ πάντες. διαιροῦνται δὲ τραχήλου μὲν ἑπτά· νώτου δώδεκα· ὀσφύος δὲ πέντε. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ ἱερὸν ὀστοῦν, δοκοῦν ἐκ σπονδύλων συγκεῖσθαι συμπεφυκότων ἀλλήλοις. τὸ δὲ στέρνον ὁμοίως καὶ αὐτὸ δοκεῖ ἐκ τῶν ἑπτὰ ὀστῶν συγκεῖσθαι, συμπεφυκότων ἀλλήλοις ἐν τῷ*

rundam ſententia duo in mento connata habet oſſa, nonnullorum unum. Caeterum dentes gomphoſi junguntur, quippe alveolis inſixi ſunt. Sunt autem numero triginta duo. Ex his quaterni primi in ſuperiore atque inferiore maxilla, quia ſecant, inciſores nominantur: canini quatuor, maxillares ſeu molares viginti ſunt. Reliquorum oſſium claviculae ad ſummum humerum coëuntes deligantur: ad pectus autem articuli et ſymphyſeos mixtionem facere videntur et Romanae literae S, ejusque ſimplicis figuram oſtendunt. Dein coſtae duodecim utroque latere habentur. Septem ex eis cum ſpinae vertebris, cumque oſſe pectorali utrinque coëunt. Reliquae quinque a poſteriori parte ſpinae inſeruntur, parte anteriori in ſeſe invicem reſupinatae, cartilagine colligantur. Vertebrae vero omnes quatuor et viginti ſunt. Septem in cervice, dorſi duodecim, quinque lumborum: poſt omnes os ſacrum, quod ex vertebris invicem ſymphyſi junctis conſtare videtur. Quin et pectus ſimiliter ex ſeptem oſſibus ſymphyſi conjunctis

Ed. Chart. II. [375. 376.] Ed. Baſ. IV. (379.)

δὲ καταστέλλουσιν ὡς ἐπὶ τῶν ὑπερσαρκούντων, ὡς τοῖς διὰ μίσυος καὶ λεπίδος, ἃ καὶ ἐπὶ τῶν δυσεπισχέτων αἱμορραγιῶν ἁρμόζει. τοῖς δὲ καυστικοῖς ὁτὲ μὲν πρὸς τὸ διελεῖν καὶ ἀναπτύξαι σώματα χρώμεθα, ὡς ἐπὶ τῶν ἀποστημάτων τὴν περιοχὴν, ὁτὲ δὲ ἐπὶ τῶν κεχαλασμένων βλεφάρων ἀντὶ ἀναῤῥαφῆς, ἀφαιροῦντες τὸ σύμμετρον τῆς οὐλῆς, ἀνασπῶμεν τὸ κεχαλασμένον. ὁτὲ δὲ ἐπὶ κεφαλαίας δυσιάτου παραλαμβάνομεν, διὰ βαθείας ἐσχάρας μεταβάλλοντες εἰς τὰ ἐκτὸς ῥεύματα. ὕλη δὲ τῶν καυστικῶν κονία, ἄσβεστος ζῶσα καὶ ἀρσενικὸν καὶ σανδαράχη καὶ φέκλα καὶ τὰ τοιαῦτα. τῶν δὲ κεφαλικῶν τὰ μὲν πρὸς ἀχῶρας καὶ πίτυρα καὶ ἐκβράσματα ἁρμόζει, τὰ δὲ πρὸς κεφαλαλγίαν καὶ ἑτεροκρανίαν. τῶν δὲ ὠτικῶν τὰ μὲν πρὸς φλεγμονὴν ὤτων, τὰ δὲ πρὸς ἕλκωσιν· τὰ δὲ πρὸς πυορροοῦντα· τὰ δὲ πρὸς δυσηκοΐαν· τὰ δὲ πρὸς ὦτα τεθλασμένα. τῶν δὲ ὀφθαλμικῶν φαρμάκων εἴδη εἰσὶν ἑπτά. τὰ μὲν γὰρ πρὸς ἀρχομένας ὀφθαλμίας ἁρμόζει, ὡς τὰ διὰ γλαυκίου καὶ τὰ διὰ κρόκου καὶ τὰ κυκνάρια· τὰ δὲ πρὸς τὰς διαθέσεις, ὡς τὰ νάρδινα καὶ τὰ θεο-

reprimentibus, ut quae ex miſy et ſquama conficiuntur, in vehementi quoque ſanguinis fluore ſiſtendo non parum efficacibus. Adurentibus interim in diducendis partibus ac aperiendis utimur, velut in abſceſſuum comprehenſione, interim in palpebris quum ſumma cutis relaxatur et procidit vice futurae pilis mediocriter ablatis, partem relaxatam retrahimus. Aliquando in cephalaea per altas cruſtas humores in exteriorem educentes aſſumimus. Adurentium materia, lixivium, calx viva, auripigmentum, ſandaracha, faecula, atque id genus alia. Ex cephalicis medicamentis, ad achoras, capitis furfures et eruptiones valent alia: ad capitis dolorem et heterocraniam alia. Aurium remedia partim earum inflammationem, partim exulcerationem, partim puris effluxum, partim difficilem auditum, partim contuſionem juvant. Oculorum pharmaca ſeptem ſpecies habent. Quaedam enim ad incipientes lippitudines, ut quae ex glaucio et ex croco et cycnaria inſcribuntur. Quaedam ad eorum diſpoſitiones, ut nardina

Ed. Chart. II. [389.] Ed. Baſ. IV. (385.)

δότια καλούμενα. τὰ δὲ πρὸς ῥεύματα, ὡς τὰ διὰ λιβάνου καὶ ἀκακίας καὶ ἐρείκης καρποῦ. τὰ δὲ πρὸς τραχώματα, ὡς τὰ διὰ τῶν μεταλλικῶν, οἷον κεκαυμένου χαλκοῦ καὶ χαλκίτεως καὶ λεπίδος χαλκοῦ. πέμπτον δέ ἐστι τὸ πρὸς ξηροφθαλμίας καὶ ψωροφθαλμίας εἶδος τῶν κολλυρίων καὶ ξηρῶν ὀξυδερκικῶν, ἃ τῆς αὐτῆς ὕλης ἐστὶ τοῖς προγεγραμμένοις. ἕκτον δὲ τῶν ὑγρῶν εἶδος, τῶν πρὸς ὑποχύσεις ἀναγεγραμμένων, ἃ διὰ χολῶν σκευάζονται καὶ μάλιστα δι' ὑαίνης. ἕβδομον δὲ τὸ τῶν καταπλασμάτων εἶδος, ἃ παραλαμβάνεται ἐπὶ τῶν ἄκρως φλεγμαινόντων ὀφθαλμῶν καὶ περιοδυνώντων. ἔστι δὲ τάδε διὰ μελιλώτων καὶ γλυκέος καὶ τήλεως καὶ τὰ τοιαύτης ὕλης. περιχρίομεν δὲ τὰ βλέφαρα ἐν ἀρχῇ μὲν τοῖς ἀποκρουστικοῖς, οἷά ἐστι τὰ διὰ γλαυκίου καὶ τοῖς διὰ κρόκου καὶ αὐτῷ μόνῳ γλαυκίῳ. ἐπὶ δὲ τῶν ἐνδιαθέτων τοῖς ἀναξηραίνουσι καὶ παραμυθουμένοις, οἷον ναρδίνοις καὶ θεοδοτίοις. ὅσα δὲ πρὸς εὐμορφίαν ἐπιχρίεται, ὡς τὰ διὰ σάνδυκος καὶ ἡδυχρόου, οὐκ ἰατρικῆς, ἀλλὰ καλλωπιστικῆς ἐστιν ἴδια.

et theodotia appellata. Quaedam ad fluorem, quae ex thure, acacia et ericae fructu componuntur. Quaedam ad ſcabritiem, ut ex metallis confecta, nempe uſto aëre, chalcitide et aeris ſquama. Quinta ad ſiccam lippitudinem et ſcabioſam collyriorum ſpecies eſt, tum ſiccorum oxydercicon, ejusdem cum ſuperioribus materiae. Sexta humidorum, quae ad ſuffuſiones inſcribuntur, ex fellis generibus hyaenaeque potiſſimum compoſita. Septima cataplasmatum ſpecies in oculis vehementer inflammatis et circundolentibus uſurpatur, ex meliloto, paſſo, foenugraeco ſimilibusque materiis confecta. Oblinimus palpebras initio repellentibus et cujusmodi ſunt quae ex glaucio et croco medicamina: etiam ſolo ipſo glaucio. Interius affectis exiccantia lenientiaque admovemus, ut nardina, theodotia. Quae vero ad colorem decoremque formae conciliandum illinuntur, qualia hedychroo et ſandice conſtituuntur, non medicinae, ſed artis cultui ac elegantiae dicatae ſunt propria.

Ed. Chart. II. [389. 390.] Ed. Baſ. IV. (385.)

Κεφ. ιστ'. [Περὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς συνισταμένων παθῶν.] Πάθη δὲ περὶ μὲν τὸν ὅλον ὀφθαλμὸν συνίσταται τάδε. τάραξις, ὀφθαλμία, ἐπιφορὰ, φλεγμονὴ, οἴδημα, ἐμφύσημα, σκίρρωσις, χήμωσις, ἄνθραξ, στραβισμὸς, σπασμὸς, παλμὸς, μυωπίασις, γάγγραινα, σηπεδὼν, ἕλκος, σῦριγξ, ξηροφθαλμία, ψωροφθαλμία, σκληροφθαλμία, πρόπτωσις, ἀτροφία. περὶ δὲ τοὺς ὑμένας τάδε. ῥῆξις, διάβρωσις, διάτασις, ἀνασταύμωσις, παχύτης, πυκνότης, ῥύσωσις, ἔκτασις, ἀραιότης. περὶ δὲ τὰ ἐντὸς μὲν βλεφάρων τραχύτης, παχύτης, σύκωσις, τύλωσις, σκληρία, χαλάζωσις, πλαδαρότης, μύδησις, σάρκωσις, πωρίασις. περὶ δὲ τὰ ἐκτὸς τῶν βλεφάρων [390] *ὑδατίδες, λιθίασις, φθειρίασις, μελικηρὶς, γάγγραινα, φύματα, κολοβώματα. περὶ δὲ τὴν στεφάνην κριθὴ καὶ ποσθία, τριχίασις, διστιχία, τριστιχία, φαλάγγωσις, πύρωσις, πτίλωσις, ψωρίασις, μαδαρότης, παράλυσις. κοινῶς δὲ πρὸς ὅλα τὰ βλέφαρα, παράλυσις, πρόπτωσις, ἐκτροπή. περὶ δὲ τοὺς κανθοὺς, ἐγκανθὶς ἀγκύλη, πτερύγιον, ῥοιὰς, πρόσφυσις. ἔξωθεν δὲ αἰγίλωψ, ἀγχίλωψ.*

Cap. XVI. [*De oculorum affectibus.*] Affectus, qui totum oculum exercent, hi ſunt, perturbatio, lippitudo, epiphora, inflammatio, oedema, inflatio, durities, chymoſis, carbunculus, ſtrabismus, convulſio, palpitatio, myopiaſis, gangraena, putredo, ulcus, fiſtula, xerophthalmia, pſorophthalmia, ſclerophthalmia, procidentia, atrophia. In membranis hi conſiſtunt, ruptura, exeſio, diſtentio, anaſtomoſis, craſſities, denſitas, corrugatio, extenſio, raritas. Interiores palpebrarum partes inſeſtant aſpritudo, craſſities, ſycoſis, tyloſis, durities, chalazoſis, pladarotes, mydeſis, ſarcoſis, poriaſis. Exteriores hydatides, lithiaſis, phthiriaſis, meliceris, gangraena, phymata, colobomata. In corona crithe, poſthia, trichiaſis, diſtichia, triſtichia, phalangoſis, pyroſis, ptiloſis, pſoriaſis, madarotes, paralyſis. Communes toti palpebrae paralyſis, procidentia, inverſio. Angulis hi accidunt, encanthis, ancyle, pterygion, rhoeas, proſphyſis. Extrinſecus aegilops, anchilops.

Ed. Chart. II. [390.] Ed. Baſ. IV. (385. 386.)

περὶ δὲ τὸ λευκὸν ψυδράκιον ἕλκος, ὑπόσφαγμα, ἀπόστασις, χήμωσις, κοίλωμα, πτερύγιον, φάκωσις, ἴκτερος, πῶρος. περὶ δὲ τὴν ἶριν ἄργεμον, νεφέλιον, ἀχλὺς, ἐπίκαυμα, ἕλκος, βοθρίον, φλυκτὶς, μυιοκέφαλον, σταφύλωμα, ὑπόπυον, ῥῆξις, οὐλὴ, λεύκωμα, κοίλωμα, πρόπτωμα, ὄνυξ, πύωσις, ἕλκωσις. περὶ δὲ τὴν κόρην ὑπόχυσις, γλαύκωσις, μυδρίασις, φθίσις, σύγχυσις, πλατυκορίασις, ἀμαύρωσις, ῥυτίδωσις, νυκτάλωψ, ἡμεράλωψ, μυωπίασις, διαπύησις. περὶ δὲ τοὺς πόρους ἀπόῤῥηξις, παρέμπτωσις, σύμπτωσις, ἕλκωσις, ἀνθράκωσις. τάραξις μὲν οὖν ἐστιν, ὅταν συγκινηθεὶς ὁ ὀφθαλμὸς ἐπιπολαίως καὶ μετρίως ἐπὶ τὸ ἐρυθρότερον καταστῇ τελέως. ὀφθαλμία δέ ἐστιν, ὅταν τὸ λευκὸν ἐνερευθὲς ᾖ καὶ τὰ βλέφαρα ἐπηρμένα μετὰ τοῦ τήν τε μύσιν τῶν βλεφάρων ἐπαλγῆ εἶναι καὶ τὴν τῶν χειρῶν ἐπαφὴν ἐπώδυνον. φλεγμονὴ δέ ἐστιν ἐπίτασις τοῦ (386) *τε ἐρυθήματος καὶ τῆς ἐπάρσεως τῶν βλεφάρων, ὡς ἐπιπόνως ἀναβλέπειν. ἐπιφορὰ δὲ κοινὸν ὄνομα ἐπὶ παντὸς τοῦ σώματος καὶ φλεγμονῆς σφοδρᾶς ἐπιφερομένης καὶ ῥευμάτων*

Album affligunt pſydracion ulcus, hypoſphagma, abſceſſus, chemoſis, coeloma, pterygion, phacoſis, icterus, tophus. Iridem oculi inſeſtant, argemon, nephelion, achlys, epicauma, ulcus, bothrion, phlyctis, myocephalon, ſtaphyloma, hypopyon, ruptura, cicatrix, leucoma, coeloma, proptoma, unguis, pyoſis, exulceratio. In pupilla eſſe ſolent effuſio, glaucoſis, mydriaſis, phthiſis, ſynchyſis, platycoriaſis, amauroſis, rhytidoſis, nyctalops, hameralops, myopiaſis, diapyes. Meatus exercent aporrhexis, paremptoſis, ſymptoſis, helcoſis, anthracoſis. Perturbatio igitur eſt, quum oculus leviter ac mediocriter commotus tandem rubicundior evadit. Ophthalmia vero eſt quum album rubeſcit et palpebrae attolluntur, cum dolore connivent aegreque manus admotas ferunt. Inflammatione oculorum rubor intenditur, palpebrae magis elevantur, ut non niſi magno negotio queas ſuſpicere. Epiphora tum inflammationis magnae univerſo illatae corpori, tum largae fluxioni commune nomen eſt: proprie vero de ocu-

Ed. Chart. II. [390.] Ed. Baſ. IV. (386.)

λάβρων ἐπιῤῥεόντων. ἰδίως δὲ ἐπὶ ὀφθαλμῶν λέγεται, ἐπειδὰν μετὰ φλεγμονῆς μεγίστης καὶ ῥεύματος πλῆθος ἐπιῤῥυῇ. οἴδημα δέ ἐστιν, ὅταν ἐπηρμένος καὶ ἀχρούστερος, ἢ καὶ δυσκίνητος ἐπιφαίνηται. ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ λευκὸν ὑπὲρ τὸ μέλαν ἐπαίρεται. ἐμφύσημα δέ ἐστιν, ὅταν ἄφνω οἰδίσας ὁ ὀφθαλμὸς ἀχρούστερος καὶ φλεγματωδέστερος γένηται. γίνεται δὲ ὡς ἐπίπαν πρεσβύταις, μάλιστα θέρους. σκιῤῥωσις δὲ γίνεται κατ' ἐπίτασιν φλεγμονῆς χρονίου τῆς σαρκὸς αὐξανομένης καὶ ὑποπελιαζούσης. ῥευματίζεται δὲ ὁ ὀφθαλμὸς, ὅταν μὴ μόνον ἐρυθρὸς ᾖ, ἀλλὰ καὶ ὅταν πολὺ δάκρυον ἐκκρίνῃ. ξηροφθαλμία δέ ἐστιν, ὅταν οἱ κανθοὶ ἑλκώδεις καὶ τραχύτεροι καὶ κνησμώδεις εἰσὶ καὶ τὰ βλέφαρα ἐρυθριᾷ καὶ δάκρυον ἁλμυρὸν καὶ νιτρῶδες διαστάζει. σκληροφθαλμία δέ ἐστιν, ὅταν τὰ βλέφαρα σκληρότερα ᾖ καὶ αὐτὸς ὁ ὀφθαλμὸς δυσκίνητος καὶ ἐνερευθής. πρόπτωσις δέ ἐστιν, ὅταν ὁ ὀφθαλμὸς κινητὸς μετὰ φλεγμονῆς προπέσῃ. ἀτροφίαν δὲ λέγουσιν ὀφθαλμοῦ, ὅταν ἐξ ἀῤῥωστίας μακρᾶς, ἢ ἔκ τινος ἀδήλου αἰτίας, ὥσπερ ὀλίγον ἐξω-

lis effertur, ubi cum maxima inflammatione etiam humoris copia influxerit. Oedema nominant, quum elevatus apparet oculus et colorem amiſit, vel etiam aegre movetur: interim album quoque ſupra nigrum attollitur. Inflatio dicitur, cum ſubito tumeſcens oculus decolor fit, exuperante pituita: ut plerumque ſenibus aeſtate potiſſimum ſolet accidere. Scirroſis ex inflammationis diuturnae vehementia oritur, carne increſcente et ſublivida. Rheumatismo laborat oculus, cum non ſolum rubet, ſed multas quoque lachrymas excernit. Xerophthalmia eſt, cum anguli ulcera et aſpritudinem pruritumque contraxerunt, palpebrae rubent et lacrima ſalſa et nitroſa profluit. Sclerophthalmia eſt cum palpebrae duriores ſunt, oculi rubent et cum difficultate quadam moventur. Proptoſis appellatur ubi cum inflammatione moti ſede ſua procidunt. Atrophiam nominant, cum ex longa imbecillitate, vel alia quadam latente cauſa paululum quaſi propulſus, deinde cavatus ad radicem cum dolore minor evadit, ob-

Ed. Chart. II. [390. 391.] Ed. Baſ. IV. (386.)

θούμενος, εἶτα κοιλαινόμενος κατὰ τὰς ῥίζας ἀλγῶν μικρότερος γίνηται καὶ ἀμυδρῶς, ἢ μηδ' ὅλως βλέπῃ τραχέα δὲ τὰ βλέφαρα λέγεται, ὅταν ἐκστραφέντα ἐναιμότερα φαίνηται καὶ τραχύτερα καὶ σαρκωδέστερα καὶ κεγχραμίσιν ὅμοια. παχέα δὲ βλέφαρα τὰ ἐκστραφέντα τῶν κατὰ φύσιν καὶ σκληρότερα καὶ σαρκωδέστερα τῶν τραχέων φαινόμενα. σύκωσις δέ ἐστιν, ὅταν τὸ ἐντὸς τῶν βλεφάρων σαρκωθείη ὑαρκὶ παραπλήσιον μετὰ ὑπεροχῆς καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ἅπας δυσκίνητος ᾖ. τύλωσις δέ ἐστιν, ὅταν τὰ ἐν τοῖς βλεφάροις τραχώματα διὰ παλαιότητα παχύτερα καὶ λευκότερα καὶ δυσαίσθητα ᾖ καὶ διὰ τοῦτο δυσαπότριπτα γένηται. σκληρίασις δέ ἐστιν ἔπαρμα μετ' ἐρυθήματος ἐπὶ τὸ βλέφαρον καὶ ὀδύνης, δυσαπότριπτον καὶ χρονιώτερον φλεγμονῆς. χαλάζωσις δέ ἐστι περιφερῆ τινα ἔνδοθεν τοῦ βλεφάρου ἐπάρματα περιγεγραμμένα, ἐοικότα τῇ χαλάζῃ. πλαδαρότης δέ ἐστι μαλακὰ οἷον σώματα παλαιά γε καὶ ἀχρούστατα κατὰ τὰ ἐντὸς τῶν βλεφάρων οὔπω τὸ τραχὺ ἔχοντα, διὸ πλαδαρότης καλεῖται. [391] μύδησις δὲ κοινὸν ὄνομά ἐστι

ſcureque aut nihil omnino videt. Aſperae dicuntur palpebrae, cum everſae ſanguinolentiores apparent et magis aſperae carnoſaeque et ſici acinis ſimiles. Craſſae vocantur, ubi everſae duriores iis, quae naturaliter ſe habent, exiſtunt et ſcabris magis carnoſae. Sycoſis accidit, cum in palpebrarum parte interiore carni quid ſimile enatum fuerit, quod emineat et oculus totus aegre moveatur. Tyloſis eſt, cum in palpebris aſpritudines ex ſenectute craſſiores, albidiores et parum ſenſiles extiterint, eoque minus deteri poſſunt. Scleriaſis eſt tumor palpebrae cum rubore doloreque, difficulter aboletur: durat magis quam inflammatio. Chalazia vel chalazoſis orbicularia quaedam intra palpebras tubercula ſunt circumſcripta: nomen a ſimilitudine grandinis acceperunt. Pladarotes ſunt mollia veluti corpora vetuſta, decolora, palpebrarum parte interna nondum aſpredinem habentia, propterea pladarotes vocatur. Mydeſis commune nomen eſt partium, quae ex pu-

Ed. Chart. II. [391.] Ed. Baſ. IV. (386.)

σώματος, ἐκ σήψεως ἀπολλυμένων. γίνεται δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ περὶ τὰ βλέφαρα καὶ ὀγκωδέστερα φαίνεται καὶ συνεχῶς ῥευματίζεται, πλείονος πιμελῆς περὶ αὐτὰ γινομένης. κριθὴ δὲ, ἣ καὶ ποσθία λέγεται, ὅταν τὸ ἐντὸς τῶν βλεφάρων πρὸς ταῖς στεφανιαίαις ὑπόπυον παράμηκες, ὅμοιον κριθῇ κατὰ τὸ σχῆμα γένηται. γίνεται δὲ καὶ ἄλλα μείζονα κατὰ μέσα βλέφαρα κριθὴ λεγόμενα. λιθίασις δέ ἐστιν, ὅταν ἐκστραφέντων τῶν βλεφάρων ὅμοια πώροις περὶ τὰ βλέφαρα ὑπάρχῃ λευκὰ καὶ παχέα καὶ οἷον λίθοις ἐμφερῆ νύσσοντα τὸν ὀφθαλμόν. φθειριᾶν δέ φαμεν τὰ βλέφαρα, ὅταν περὶ τὰ τετριχωμένα πλατέες πολλαὶ φθεῖρες σμικραὶ γίνωνται. διτριχιᾶν δὲ λέγεται ὁ ὀφθαλμὸς, ὅταν ὑπὸ τὰς κατὰ φύσιν τρίχας ἄλλαι ὑποφυεῖσαι νύσσωσι τὸν ὀφθαλμὸν καὶ ῥευματίζωσι. πτίλωσις δέ ἐστιν, ὅταν ἄλλαι μὲν ὑποφύουσιν, αὗται δὲ αἱ κατὰ φύσιν συμπεσοῦσαι καὶ κατακλασθεῖσαι νυγμοὺς παρέχουσι. φαλάγγωσις δέ ἐστιν, ὅταν διστιχία, ἢ τριστιχία τῶν ὑποφυομένων τριχῶν ἢ ἐν τῷ ἄνω, ἢ ἐν τῷ κάτω βλεφάρῳ. παραλελύσθαι δὲ λέγεται ὁ ὀφθαλμὸς, ὅταν

trefactione corrumpuntur. Palpebrae quoque eadem laborant, ubi et tumentiores apparent et aſſidue diffluunt, adipem paulo copioſiorem fortitae. Crithe, quae et poſthia dicitur, quum parte interna palpebrarum in ambitu ſuppuratum oblongum, figura hordeo ſimile ſit, unde appellatum eſt. Generantur alia quoque majora in mediis palpebris eodem appellata nomine. Lithiaſis, albida quaedam et craſſa, callis lapillisque ſimilia, quae oculum pungunt in palpebris retortis oſtendit. Phthiriaſim vocamus, quum palpebrarum pilos multi, lati exiguique pediculi infeſtant. Ditrichiaſi laborat oculus, quum pilis naturalibus alii ſubnaſcentes ipſum pungunt fluoremque concitant. Ptiloſis eſt, quum alii quidem ſubnaſcuntur, naturales autem collapſi fractique ſtimulant ac pungunt. Phalangoſis, quum pilorum ſubnaſcentium duplex triplexve acies vel in ſuperiore vel in inferiore palpebra provenit. Reſolutus oculus dicitur, ubi naturali motu deſtitutus, neque ſurſum

Ed. Chart. II. [391.] Ed. Baſ. IV. (386.)

αὐτὸν ἐπιλείπωσιν αἱ φυσικαὶ κινήσεις καὶ μὴ δύνηται ἀναβλέπειν, ἢ κάτω βλέπειν, ἀναίσθητος δὲ ἦ. πολλάκις δὲ καὶ περὶ μέρη τινὰ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦτο συμβαίνει. ἐκτετράφθαι δὲ λέγουσι τὰ βλέφαρα, ὅταν ἐπὶ πλέον ἐκτραπῇ ἑλκωθέντων ἐξοφθαλμιῶν. ἐγκανθίδα δὲ λέγουσιν, ὅταν ἐξ ἑλκώσεως ὑπερσαρκώσῃ ὁ κανθὸς πρὸς τὴν ῥῖνα. πάσχουσι δὲ τοῦτο μάλιστα οἱ θαλασσουργοί. πτερύγιον δὲ λέγουσιν, ὅταν ἐπὶ πλέον ἑλκωθέντος καὶ ὑπερσαρκώσαντος τοῦ λευκοῦ ὑμὴν λεπτὸς καὶ νευρώδης ἐπιδράμῃ τὸν ὀφθαλμὸν, ἀρξάμενος ἀπό τινος τῶν κανθῶν, ἕως τοῦ μέλανος καὶ τῆς κορυφῆς ἐφάψηται. ῥοιὰς δέ ἐστιν ἐπὶ ὀφθαλμῷ, ὅταν ἔκ τινος αἰτίας ἀδήλου ὁ κανθὸς παρέλθῃ, ἢ ἐκ χειρουργίας ἀρθῇ καὶ μηκέτι στέγειν τὸ δάκρυον οἷόν τε ἦ, ἀλλὰ ῥευματίζεται. προσφύεται δὲ τὰ βλέφαρα ἢ τῷ λευκῷ ἢ τῷ μέλανι ἐξ ἑλκώσεως. καὶ ἐὰν μὲν τῷ μέλανι προσφυῇ, τελέως κωλύει τὴν ὅρασιν, ἐὰν δὲ τῷ λευκῷ, ἧττον· καλεῖται δὲ ἀγκύλωσις. αἰγίλωπα δὲ λέγουσιν, ἢ ἀγχίλωπα, ὅταν ἀπόστημά τι γένηται πρὸς τῷ κανθῷ τῷ παρὰ τῇ ῥινὶ πῦον περιέχον, ἢ

neque deorſum intendi poteſt, verum ſentiendi expers conſiſtit: frequenter hoc mali partibus etiam oculi accidit. Inverti autem dicuntur palpebrae, quum ex ulceratis oculis plus extra feruntur. Encanthis, ubi ex ulcere caro in angulis juxta nares ſupercreverit; nautae ac piſcatores hoc vitii peculiare habent. Unguis vero eſt in albo oculi praeter modum exulcerato, carneque oppleto membranula tenuis et nervoſa: quae orta ab angulorum aliquo ad nigrum et verticem ejus pervenit. Rhoeas, cum angulus ex latente quadam cauſa feceſſerit, aut prava curatione ſublatus fuerit, ut lacrimas continere non amplius poſſit, ſed humorem dimittat. Cohaereſcunt palpebrae cum albo oculi vel nigro ex ulceratione. Et ſi nigro cohaereant, viſus omnino prohibetur: ſin albo, minus. Hoc malum angyloſim appellant. Aegilops vel anchilops abſceſſus quidam eſt ad angulum, qui naribus propior eſt, pus continens, quod erumpens aut os exedit aut ad angulum

Ed. Chart. II. [391.] Ed. Baſ. IV. (386.)

λιπαῖνον τὸ ὀστέον συρρηγνύμενον, ἢ εἰς κανθον, ἢ εἰς ῥῖνα περιχεῖ τὸ ὑγρόν. ψυδράκιον δ' ἐστὶ κοινῶς λεγόμενον περὶ πᾶν τὸ σῶμα καὶ περὶ τὸ λευκὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ γίνεται, οἷον ἐξάνθημα ἐξ ἄκρου ἐρευθές. ἕλκος δὲ γίνεται περὶ τὸ μέλαν, ἢ τὸ λευκὸν, ὅταν ἡ ἐπιδερμὶς διαρεθῇ μηνοειδὴς, ἢ στρογγύλη τὸ σχῆμα, κοιλότερον, ὁμόχρουν ἢ ὑπόλευκον. ὑπόσφαγμα δὲ λέγουσιν, ὅταν ὑπὸ πληγῆς ῥαγέντων τῶν ἐν τῷ πρώτῳ χιτῶνι ἀγγείων μεταξὺ τῆς κηδόνος τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ ἐντὸς χιτῶνος αἷμα ὑπέλθῃ, καὶ παραχρῆμα μὲν ἔναιμον ᾖ τὸ χρῶμα τοῦ ὀφθαλμοῦ, ὕστερον δὲ πελιδνόν. χήμωσις δέ ἐστιν, ὅταν ἐκ φλεγμονῆς σφοδροτέρας ἀμφότερα τὰ βλέφαρα ἐκτραπῇ καὶ μὴ ὅλον σκέπῃ τὸν ὀφθαλμόν. κυρίως δὲ χήμωσις λέγεται, ὅταν τὸ λευκὸν ἑκατέρωθεν τῆς ἴριδος φλεγμάνῃ, κατὰ δὲ τὴν ἶριν κοιλαινόμενον, ὅμοιον τοῖς σχήμασι τῇ καλουμένῃ χήμῃ. κοιλώματα δὲ λέγεται ἐπὶ ὀφθαλμοῦ ὅσα στρογγύλα καὶ κοῖλα ἕλκη πλατύτερα τῶν βοθρίων γίνεται ἐν αὐτῷ περὶ τὴν ἶριν. ἄργεμον δέ ἐστιν, ὅταν κατὰ τὸν τῆς ἴριδος κύκλον καὶ τὸ λευ-

vel usque ad nares diſtillat. Pſydracion communi vocabulo circa corpus totum et circa album oculi ſit. Eſt autem velut puſtula in ſummo rubicundum. Ulcus oritur in albo vel nigro, quum cuticula diviſa lunae figuram vel rotundam cavam, ſimilis coloris vel ſubalbidi acceperit. Hypoſphagma vocant, quum vaſis in prima tunica ruptis ab ictu ſanguis intra albi ſpatium et interiorem tunicam coierit, atque oculi color ſtatim cruentus, poſt lividus exiſtat. Chemoſis ex inflammatione vehementiore utrasque palpebras in exteriorem partem detorquet, ne totum oculum contegant. Proprie vero chemoſis dicitur, quum album utraque iridis parte inflammatione afficitur, juxta irim autem cavum hiatularum ſimilitudine apparet. Coelomata ſunt rotunda et cava ulcera, bothriis latiora, quae in oculis circa irim naſcuntur. Argemon, in iridis circulo vel in albo, interdum etiam nigro, ulcus rotundum et ſubalbidum oritur. Nephelion ſummae cutis ulcus paulo

Ed. Chart. II. [391. 392.] Ed. Baſ. IV. (386. 387.)

κὸν, ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ μέλαν, ἕλκος γίνηται στρογγύλον καὶ ὑπόλευκον. νεφέλιον δέ ἐστιν ἕλκος ἐπιπόλαιον καὶ μικρῷ μεῖζον ἀργέμου καὶ λευκόν. ἀχλὺς δέ ἐστι περὶ ὅλον τὸ μέλαν ἀπὸ ἑλκώσεως ἐπιπολαίου, οὐλὴ λεπτοτάτη ἀέρι ἀχλυώδει παραπλησία. ἐπίκαυμα δέ ἐστιν, ὅταν ἐξ ἐπιπολῆς ἡ ἐπιδερμὶς ἐπικαυθεῖσα ἑλκωθῇ, ἢ καὶ βραχὺ βαθυτέρα γένηται ἐξ ἐπιφορᾶς μεγάλης ἐγγινομένη. [392] βοθρίον δέ ἐστιν ἕλκος κοῖλον καθαρὸν, στενὸν, κεντήμασι στρογγύλοις ὅμοιον, βαθύτερον ἑλκυδρίου. φλύκταιναν δὲ λέγουσιν, ὅταν ἐξ ἑλκώσεως, ἢ καὶ ἄνευ ἑλκώσεως, ἐξ ἐπιπολῆς τοῦ κερατοειδοῦς χιτῶνος, ὑμὴν λεπτότατός τε καὶ μετέωρος ἀρθεὶς παραδέξηται μεταξὺ αὐτοῦ ὑγρασίαν, ἢ καὶ ὑπὸ τὴν κηδόνα τοῦ χιτῶνος παχυτέρα ὑποδραμοῦσα ὑγρασία καὶ τὴν φλύκταιναν ἀποτελέσασα. μυοκέφαλον δέ ἐστιν, ὅταν ἐξ ἑλκώσεως διαβρωθέντος τοῦ πρώτου χιτῶνος κατὰ τὴν ἶριν προκύψῃ ὁ δεύτερος χιτὼν, ὡς οἷον μυίας κεφαλῇ ἐοικέναι. σταφύλωμα δὲ λέγεται, ὅταν ἡ (387) κόρη τοῦ ὀφθαλμοῦ μετεωρισθῇ μετὰ φλεγμονῆς καὶ πόνου καὶ γίνηται ὅμοιον ῥαγὶ σταφυλῆς, λευκὸν τῇ χροιᾷ. ὑπόπυον δέ ἐστιν, ὅταν

majus argemo et albidum. Achlys eſt circa totum nigrum a ſuperficiaria ulceratione cicatricula tenuiſſima, aëri caliginoſo aſſimilis. Epicauma, quum in ſuperficie cuticula aduſta ulcus contraxerit vel etiam paulo profundior fiat ex epiphora magna originem habens. Bothrion eſt ulcus cavum, purum, anguſtum, puncturis rotundis ſimile, ulcuſculo altius. Phlyctaenam vocant, ubi per exulcerationem vel etiam ſine hac exterior corneae tunicae membrana tenuiſſima et ſublimis elata intra ſe humorem collegerit, aut ſub tunicae ſpatio craſſior humor currens phlyctaenam pariat. Myocephalon morbus eſt, quum tunica priore juxta irim, exulcerationis vitio exeſa, ſecunda prociderit, ut ceu muris caput referre videatur. Staphyloma dicitur, quando oculi pupilla cum inflammatione et dolore attollitur et album colore et acino uvae ſimile redditur. Hypopyon univerſam irim pure occupat, vel ejus dimidium.

Ed. Chart. II. [392.] Ed. Baf. IV. (387.)

πῦον ὅλην τὴν ἶριν περιλάβῃ, ἢ τὸ ἥμισυ. ῥῆξις δέ ἐστιν ἕλκωσις ὑπὸ πληγῆς ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίας κατὰ βάθος ἐπιφέρουσα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὴν διαίρεσιν τῶν ὑμένων ὅλων, ὥστε ἐκχεῖν καὶ τὰ ὑγρὰ οἷς βλέπομεν. οὐλὴ δέ ἐστιν, ὅταν ἐπὶ τῷ μέλανι τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐξ ἕλκους βαθέος ὄντος παχύτης ὑμένος ἐπιγένηται καὶ ἡ χροιὰ λευκοτέρα φαίνηται. συνίσταται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ὑμένος καλουμένου, ἀλλ' οὐ διαδείκνυται. λεύκωμα δὲ ταὐτὸν μὲν τῇ καλουμένῃ οὐλῇ ἐστι, διαφέρει δὲ τῷ ἐξ ἑλκώσεως μεγάλην οὐλὴν μείζονα καὶ παχυτέραν ἐπιγίνεσθαι ἐπὶ τῆς ἴριος, ἣν καλοῦσι λεύκωμα. ἦλος δέ ἐστιν ἡ μετὰ λείας καὶ λευκῆς, οἷον οὐλὴ σαρκώδης, ὑπεροχὴ τοῦ μέλανος στερεά· πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ τῷ λευκῷ τῷ μέλανι συνάπτοντι ἐπανισταμένη. ὑποκεχύσθαι δὲ λέγουσί τινες, ὅταν συμβῇ παρέγχυσιν ὑγροῦ τινος γενέσθαι κατὰ τὴν κόρην καὶ πῆξιν πολλάκις, ὥστε κωλῦσαι τὸ ὁρᾶν, ἢ καὶ ἀμαυροῦσθαι ἐν τῷ φαίνειν. γλαύκωσις δέ ἐστι τοῦ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ εἰς λευκὴν καὶ ὑδατώδη χροιὰν μεταβολὴ, δι' ἣν τὸ βλέπειν κωλύεται. μυδρίασις δὲ λέγεται, ὅταν ἡ κόρη τῷ μὲν χρώματι μηδὲν

Rhexis eſt exulceratio ab ictu vel alia quadam cauſa in alto totas ſubinde membranas dividens, ut etiam humores, quibus videndi facultas adminiſtratur, effundat. Cicatrix appellatur, ubi nigro oculi ex alto ulcere membranae craſſities ſupervenit et color albior apparet; accidit quoque albae membranae dictae, ſed non perſpicitur. Albugo nihil a cicatrice differt, niſi quod ex ulcere major cicatrix ſimul et craſſior in iride naſcitur, quam albuginem nominant. Clavus eſt carnoſus nigri exceſſus ſolidus, cum levi albaque velut cicatrice, frequenter etiam in albo nigro cohaerenti conſurgens. Suffuſionem quidam interpretantur, quum humor quidam in pupillam deſtillaverit, concreveritque ſaepe adeo, ut viſum offendat vel in apparentibus hebetet. Glaucoſis eſt humoris cryſtallini in album atque aqueum colorem mutatio, cujus gratia viſus impeditur. Mydriaſis dicitur, quum pupilla quidem nihil

Ed. Chart. II. [392.] Ed. Baſ. IV. (387.)

παραλλάττῃ, πλατυτέρα δὲ ἢ πολλῷ τοῦ κατὰ φύσιν, ὥστε ἐγγίζειν τῷ κύκλῳ τῆς ἴριος καὶ ἐμποδίζειν τὸ βλέπειν. φθίσις δὲ λέγεται στενουμένης τῆς κόρης, ὡς κεντήματι ἐοικέναι καὶ ἀμαυροτέρας καὶ ῥυσοτέρας γινομένης, ἢ ἐξ ἀσθενειῶν ἐπικινδύνων, ἢ κεφαλαλγιῶν ἐπιτεταμένων. σύγχυσις δέ ἐστιν, ὅταν τὰ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ὑγρὰ μὴ κατὰ χώραν μένῃ, τὴν ἰδίαν τάξιν σώζοντα, ἀλλὰ τεταραγμένα ᾖ. ἀμαύρωσις δέ ἐστιν, ὅταν παντελὴς παρεμποδισμὸς ᾖ τοῦ ὁρᾶν, χωρὶς φανερᾶς αἰτίας. νυκτάλωπας δὲ λέγουσιν, ὅταν ἡμέρας μὲν βλέπωσιν ἀμαυρότερον, δυομένου δὲ ἡλίου λαμπρότερον· νυκτὸς δὲ ἔτι μᾶλλον· ἢ ὑπεναντίως, ἡμέρας μὲν ὀλίγα, ἑσπέρας δὲ ἢ νυκτὸς οὐδ' ὅλως. μύωπας δὲ λέγουσι τοὺς τὰ μὲν σύνεγγυς βλέποντας, τὰ δὲ πόῤῥωθεν μὴ ὁρῶντας. διαπύησις δέ ἐστι βραχυτέρου ὑγροῦ σύστασις περὶ αὐτὴν τὴν κόρην, δυσεξάτμιστος καὶ δυσδιαφόρητος, ὑποχύματος ξηροτέρα. ἀπόῤῥηξις δὲ γίνεται τοῦ πόρου περὶ ὀφθαλμὸν, ὅταν ὁ διατείνων ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου καὶ μήνιγγος πόρος ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἀποῤῥαγῇ, ὡς ἀβλεψίαν τελείαν γενέσθαι προηγησαμένης πληγῆς περὶ τὴν κε-

colore variat, dilatatur autem magis quam natura poſcat, ut iridis circulo fiat proxima et viſioni noceat. Phthiſis appellatur, dum pupilla arcte coit vel ſtimulo aſſimilis fit, tum rugoſior aut ex imbecillitate periculoſa, aut ex capitis dolore vehementi. Confuſio, dum humores oculorum ſuo loco non conſiſtunt, proprium ordinem ſervantes, ſed huc illucque feruntur. Hebetudo ſumma viſionis ſine cauſa evidenti offenſio. Nyctalopes vocantur qui die vident obtuſius, ſole occiduo acrius, nocte magis adhuc: vel contra die parum, veſperi aut nocte prorſus nihil. Myopes vicina vident, remota non item. Suppuratio humor exiguus in pupilla collectus, qui difficulter evaporat ac diſcutitur, ſuffuſione ſiccior. Abruptio eſt, quando meatus a cerebro et meninge in oculum deſcendens ex ictu capitis vel caſu ex alto diruptus eſt ita ut abſolutam caecitatem afferat. Coincidentia, ubi in meatum, qui a baſi cerebri

Ed. Chart. II. [392. 393.] Ed. Baf. IV. (387.)

κεφαλὴν, ἢ ἀφ' ὕψους πτώματος, ἀφ' οὗ γίνεται ἡ τοῦ πόρου ἀπόῤῥηξις. παρέμπτωσις δέ ἐστιν, ὅταν εἰς τὸν πόρον, κατ' ἀναστόμωσιν, ἢ ῥῆξιν ἀγγείου, τὸ ὑγρὸν παρεμπέσῃ καὶ ἐμφράξῃ τὸν πόρον ἀπ' αὐτῆς τῆς βάσεως τοῦ ἐγκεφάλου, ὅθεν καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἡ τοῦ ὁρᾶν δύναμις, ὥστε μετ' ἀλγημάτων καὶ τὸ ὁρᾶν ἐμποδίζεσθαι. σύμπτωσις δὲ γίνεται μὲν ὑπὸ τοῦ πόρου στενουμένου καὶ συμπίπτοντος δι' ἀτροφίαν καὶ πάρεσιν. σπάνιον δὲ τοῦτο τὸ πάθος καὶ δυσίατον. ἀνθράκωσις δέ ἐστιν ἕλκος ἐσχαρῶδες μετὰ νομῆς καὶ ῥεύματος καὶ βουβῶνος ἐνίοτε καὶ πυρετῶν γινομένων περὶ τὸ ἄλλο πᾶν σῶμα, ἔστι δὲ ὅτε καὶ περὶ ὀφθαλμούς.

[393] *Κεφ. ιζ'.* [*Περὶ τῶν ἐκτὸς τῆς κεφαλῆς παθῶν.*] *Περὶ δὲ τὰ ἐκτὸς τῆς κεφαλῆς συνίστανται τάδε, ἃ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς χρονίοις, περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ καταγμάτων τοῦ κρανίου. διαφοραὶ δὲ αὐτῶν εἰσι πέντε, ῥωγμὴ, ἐγγείσωμα, ἐκπίεσμα, ἀπήχημα, καμάρωσις, διάτασις ῥαφῶν, ὑδροκέφαλον, ἀχῶρες, πιτυρίασις, μελικηρὶς, ἀθέρωμα, κηρίον. περὶ δὲ τὸ τετριχωμένον τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ γενείου ἀλωπεκία, ὀφίασις, μιαδαρότης, φαλάκρωσις.*

veniens oculo videndi facultatem tribuit, humor adaperto vel rupto vaſe incidit, obturatque eum: unde cum dolore viſus offenditur. Symptoſis accidit, quum meatus ex atrophia vel reſolutione ſit arctior conciditque. Quod vitium ut rarum eſt, ſic remediis aegre cedit. Carbunculus cruſtoſum eſt ulcus, depaſcens cum fluore et bubone, aliquando etiam cum febribus, interdum in toto corpore, interdum in oculis factum.

Cap. XVII. [*De exterioribus capitis affectibus.*] Circa capitis exteriores partes conſiſtunt ii, qui inter longos aſcripti non ſunt. Calvariae autem fracturarum differentiae quinque exiſtunt, rhogme, engiſoma, ecpiesma, apechema et camaroſis, diſtenſio ſuturarum, hydrocephalon, achores, pityriaſis, meliceris, atheroma, favus. Porro eam partem, quae capillo tegitur et mentum occupant alopecia, ophiaſis, calvities, madaroſis. Pili omnes fluunt,

Ed. Chart. II. [393.] Ed. Baſ. IV. (387.)

τρίχες δὲ πᾶσι ῥέουσι, λεπτύνονται, θραύονται, σχίζονται, αὐχμῶσι, χνοΐζονται, ὑπόξανθοι γίνονται, πολιοῦνται. τὰ δὲ περὶ ὀφθαλμοὺς κατ' ἰδίαν ἀναγέγραπται. τὰ δὲ περὶ τὰ ὦτα, περίθλασις, πτερυγώματα, κάταγμα χόνδρου, κυψελίδος πλεονασμὸς, ἢ ἔλλειψις, βαρυηκοΐα, κώφωσις, πύου ῥύσις, ῥεῦμα δυσῶδες. περὶ δὲ ῥῖνα τάδε συνίστανται, ὄζαινα, πολύποους, ἕλκος, κάταγμα, διαστροφὴ, ἔνθλασις, σίμωσις. περὶ δὲ στόμα σῆψις οὐλῶν, βρῶσις ὀδόντων, ὀδονταλγία, φατνωμάτων ἔκπτωσις, ἀπόστημα ἐπὶ γλώττης, ἐπουλὶς, παρουλὶς, ἄφθαι, ἐσχάρωσις, παρίσθμια, σταφυλὴ, σύκωμα. περὶ δὲ τὸ πρόσωπον ἔφηλις, ἴονθοι, φακός. κάταγμα ὀστέων. διάτασις τῶν συμφύσεων. ἐξαρθρήματα τῆς κάτω γένυος ἀπὸ τῆς ἄνω. περὶ δὲ τὸν τράχηλον συνάγχη, κυνάγχη, ἀγχόνη, ἔξωσις σπονδύλων, χοιράδες, στεατώματα. περὶ δὲ ὤμους τοῦ ἀκρωμίου κάταγμα, διάστασις. περὶ δὲ ἀγκῶνα μελικηρὶς, ἀθέρωμα, στεάτωμα, ὑγρὸν ὑδατῶδες. περὶ δὲ καρποὺς γαγγλία. περὶ δὲ δακτύλους χειρὸς καὶ ποδὸς χείμεθλα, παρωνυχία. τοπικὰ δὲ ὅπου ἂν

extenuantur, quaſſantur, ſcinduntur, ſqualleſcunt, in pulverem rediguntur, ſubflaveſcunt, caneſcunt. Oculorum morbi ſeparatim conſcripti ſunt. Aurium contuſio, pterygomata, fractura cartilaginis, ſordium vel exuperantia vel defectus, gravis auditus, ſurditas, puris fluor, fluxus graveolens. Nares excruciant ozaena, polypus, ulcus, fractura, perverſio, compreſſio, ſimitas. Os infeſtat gingivarum putredo, dentium eroſio, eorumque dolor et cum ſede ſua excidunt, abſceſſus in lingua, epulis, parulis, aphthae, cruſtae, tonſillae, uva, ficus. Faciem occupant ephelis, vari, lentigo, oſſium fractura, diſtentio commiſſurarum, luxationes maxillae inferioris a ſuperiore gena. Cervicem habent ſynanche, cynanche, ſtrangulatio, vertebrarum expulſio, ſtrumae, ſteatomata. Humeros male habet verticis ipſorum fractura, diſtentio. Juncturam cubiti occupant melicerís, atheroma, ſteatoma, humor aqueus. Carpum ganglia. Digitos manus et pedis chimethla, red-

Ed. Chart. II. [393.] Ed. Baſ. IV. (387.)

τύχῃ τοῦ σώματος, φλεγμονὴ, οἴδημα, ἐμφύσημα, σκλήρωμα, ἀπόστημα, ἕλκος καθαρὸν, ἕλκος ῥυπαρὸν, κοῖλον ἕλκος, ὑπερσαρκοῦν, ἐσχαρῶδες, ἕλκος ξηρὸν, ῥευματιζόμενον, ὑπόνομον, τετυλωμένον, σεσυριγγωμένον, μύδησις, φῦμα, δοθιὴν, θέρμινθες, φύγεθλον, χάλαζα, φαγέδαινα, φλυκτίδες, ἄνθρακες, ἐπινυκτίδες, ἐρυσίπελας, ἕρπητες. περὶ δὲ τοὺς μαζοὺς ἰδίως καὶ περὶ τὰ αἰδοῖα γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς καρκινώματα. συνίσταται δὲ καὶ ὅπου ἂν τύχῃ τοῦ σώματος καρκίνωμα κρυπτὸν, καρκίνωμα ἡλκωμένον, θηρίωμα. περὶ δὲ βουβῶνας βουβῶνες ἁπλοῖ, φύματα ἐκπυΐσκοντα. περὶ δὲ γόνατα γουναλγίαι, ῥευματισμοὶ, πῶροι. περὶ δὲ ἰγνὺν στεατώματα, ἀγκύλη. περὶ δὲ κνήμην κιρσοί. ἐν γαστροκνημίᾳ σκίῤῥωμα, χειρώνεια ἕλκη. περὶ δὲ ἄκρα ποδὸς μελανίαι, νεκρώσεις, ποδάγρα, σύριγγες. περὶ δὲ πτέρνας λεπίδες.

Κεφ. ιή. [*Περὶ τῶν τοῦ δέρματος παθῶν.*] *Περὶ δὲ τὸ δέρμα καὶ τόπους καθ' ὅλου τοῦ σώματος λέπρα, ψώρα, ἀλφὸς λευκὸς, ἀλφὸς μέλας, λεύκη, λειχὴν ἁπλοῦς,*

uvia. Quamcunque corporis partem inflammatio, oedema, inflatio, durities, abſceſſus, ulcus purum, ulcus ſordidum, cavum, carne ſupercreſcens, cruſtoſum, ſiccum, fluens, ſubpaſcens, calloſum, fiſtuloſum, mydeſis, phyma, dothien, therminthes, phygethlon, chalaza, phagedaena, phlyctides, carbunculi, epinyctides, eryſipelas, herpetes. Mammillas peculiariter, tum naturaliter ſexus utriusque vexant carcinomata. Quamlibet corporis partem impetunt carcinoma occultum, carcinoma ulceratum, therioma. Inguina bubones ſimplices, phymata purulenta invadunt. Genu gonyalgiae, rheumatiſmi, tophi. Poplites ſteatomata, ankyle. Tibiam varices. Suram ſcirrhoma, chironia ulcera. Summam pedis partem nigredines, necroſis, podagra, fiſtulae. Calcem ſquamae.

Cap. XVIII. [*De cutis affectibus.*] Cutem totiusque corporis partes exagitant lepra, pſora, alphus albus, alphus niger, leuce, impetigo ſimplex, impetigo fera, dra-

Ed. Chart. II. [393. 394.] Ed. Baſ. IV. (387. 388.)

λειχὴν ἄγριος, δρακοντίασις, ἀκροχορδόνες, θύμοι, μυρμηκίαι, ἦλοι, πῶροι. οἱ μὲν ἐκ ποδάγρας καὶ ἀρθρίτιδος, οἱ δὲ καὶ καθ' ἑαυτούς. περὶ δὲ ἕδραν αἱμορροΐδες τυφλαὶ, ῥαγάδες, πρόπτωσις, κονδυλώματα, πυλίδες. γίνεται δὲ καὶ μήτρας ὅλης πρόπτωσις εἰς τὰ ἐκτός. περὶ δὲ ὄσχεον ἐντεροκήλη, κιρσοκήλη, ἐπιπλοκήλη, σαρκοκήλη, πωροκήλη, στεατοκήλη. περὶ δὲ τὰ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι ὀστᾶ, τερηδὼν, σφάκελος, κάταγμα ἄνευ τραύματος, ἢ σὺν τραύματι, ἐκβύρσωσις. [394] διαφοραὶ δὲ καταγμάτων πέντε, σχιδακηδὸν, καυληδὸν, ῥαφανηδὸν, καρυηδὸν, ἀλφιτηδόν. μελαίνεται δὲ ὀστᾶ ποτὲ μὲν ἐν κατάγμασιν, ποτὲ δὲ ἄνευ τούτων. περὶ δὲ τὰ ἄρθρα πάντα παραγωγαὶ, παρακινήματα, ἐξαρθρήματα, παραρθρήματα, σύνδεσις, πώρωσις, ῥευματισμοὶ, διάστασις συμφύσεων.

(388) Κεφ. ιθ'. [Περὶ χειρουργίας εἰδῶν.] Χειρουργία ἐστὶν ἄρσις ἐμιμέθοδος τοῦ ἰδίως λεγομένου ἀλλοτρίου, διὰ τομῶν καὶ καταρτισμῶν μετὰ τῆς τῶν τραυμά-

contiaſis, acrochordones, thymi, myrmeciae, clavi, calli. Quaedam horum ex podagra et articulari morbo, quaedam ex ſeſe oriuntur. Sedem afficiunt haemorrhoides caecae, fiſſurae, procidentia, condylomata, pylides. Advenit etiam toti vulvae procidentia, cum in exteriora procidit. Scrotum habent enterocele, cirſocele, epiplocele, ſarcocele, porocele, ſteatocele. Totius corporis oſſa patiuntur cariem, ſphacelum, fracturam ſine vulnere vel cum vulnere, ecbyrſoſin. Fracturarum differentiae quinque ſunt. Prima ſchidacedon facta, per rectitudinem: altera per transverſum, cauledon. Tertia raphani in morem, raphanedon. Quarta caryedon, in modum nucis. Poſtremo alphitedon in ſpeciem farinae. Nigreſcunt interdum oſſa in fracturis interdum ſine his. Articulis omnibus accidunt paragoge, e ſede propria motio, luxatio, intertrigo, colligatio, poroſis, rheumatiſmi, diſtentio commiſſurarum.

Cap. XIX. [*De chirurgiae ſpeciebus.*] Chirurgia eſt alieni, ut proprie vocant, per inciſiones concinnationesque cum via quadam et ratione ablatio: ad haec vul-

Ed. Chart. II. [394.] Ed. Baſ. IV. (388.)

των καὶ ἑλκῶν θεραπείας, ἐπ᾽ ἀνθρώπου σώματι παραλαμβανομένη. χειρουργίας δὲ καθολικαὶ μὲν ἐνέργειαι δύο, σύνθεσις καὶ διαίρεσις. ἔστι δὲ τούτων εἴδη πολλά. καὶ συνθέσεως μὲν εἴδη συνθετισμὸς τῶν κατεαγότων ὀστέων καὶ ἐπίδεσις καὶ ἀρθρέμβολον τῶν ἐξηρθρηκότων καὶ τάξις τῶν προπεπτωκότων ἐντέρων καὶ μήτρας καὶ ἀπευθυσμένου καὶ γαστρορραφία καὶ ἐπαγωγὴ τῶν κολοβωμάτων, ὡς ἐπὶ ῥινῶν καὶ χειλῶν καὶ ὤτων. διαιρέσεως δὲ εἴδη ἁπλοτομία καὶ περιαίρεσις, ὑποσπαθισμὸς, περισκυθισμὸς, ἀγγειολογία, ἐκκοπὴ, καῦσις, ξύσις, ῥίνησις, ἔκπρισις. ἁπλοτομίᾳ οὖν χρώμεθα ἐπὶ τῶν ἀποστημάτων πάντων. χρὴ δὲ διαιρεῖν ἐπ᾽ εὐθείας τοῦ κώλου καὶ μὴ ἐγκαρσίως. περιαιρέσει δὲ ἐπὶ τῶν ἐν μασχάλαις καὶ βουβῶσι καὶ γλουτοῖς καὶ ἕδρᾳ, μυρσινοειδῶς περιαιροῦντες. ὑποσπαθισμῷ δὲ κατὰ το μέτωπον ἐπὶ τῶν ῥευματιζομένων ὀφθαλμῶν, καὶ περισκυθισμῷ, ἐπὶ τῶν κατὰ τοῦ βρέγματος καὶ ἐπὶ πόσθης μελανθείσης. ἐκκοπῇ δὲ ἐπί τε τῶν κώλων μελαινομένων καὶ ἐπὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ καταγμάτων. ἐπὶ δὲ

nerum atque ulcerum curatio: quae in corpore humano adminiſtratur. Primariae ejus actiones duae ſunt, compoſitio et diviſio. Harum rurſus multae ſunt ſpecies. Compoſitionis quidem fractorum oſſium ſynthetiſmus et deligatio, arthrembolum luxatorum, inteſtinorum quae prociderunt taxis, ad haec vulvae et recti inteſtini. Gaſtrorraphia. Curtorum epagoge, ut in naribus, labris atque auribus. Diaereſeos ſpecies, ſimplex inciſio, periaereſis, hypoſpathiſmus, periſcythiſmus, angeiologia, eccope, aduſtio, raſio, limatio, ſectio per ferram. Simplici ſectione in abſceſſibus univerſis utimur. Dividendum vero membrum eſt recta linea, non transverſa. Periaereſi locus eſt in alis, inguinibus, naribus et ano inſtar myrti adhibitae. Hypoſpathiſmo in fronte, cum oculi fluunt. Periſcythiſmo in ſincipite et colis pellicula, quam praeputium vocant, nigricante. Eccope in membris nigreſcentibus et capitis fracturis. In omnibus autem, quae ad oſſa pertinent, aliisque multis uſtio, raſio, limatio, ferrae uſus utiles

Ed. Chart. II. [394.] Ed. Baſ. IV. (388.)

πάντων περὶ τὰ ὀστᾶ ἥ τε καῦσις καὶ ξύσις καὶ ἡ ῥίνησις καὶ ἡ πρίσις εὔχρηστοι καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν. καύσει δὲ τῇ διὰ καυτήρων χρώμεθα, ἰδίως μὲν ἐπὶ τῶν νεμομένων ἤδη πάντων καὶ ἐπὶ τῶν ῥευματιζομένων ὀφθαλμῶν, ἰσχίων, ἢ καὶ τῶν ἐντός. καὶ γὰρ ἐπὶ φθισικῶν παραλαμβάνονται καυστῆρες καὶ ἐπὶ σπληνικῶν καὶ ἐπὶ τῶν εἰς μασχάλην μελετησάντων ἐκπίπτειν βραχιόνων καὶ ἐπὶ αἰγίλωπος καὶ ἐπὶ τῶν μελαινομένων, ἢ πριζομένων διὰ τὰ ἀναστομούμενα ἀγγεῖα καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλως αἱμορῥαγούντων. περὶ μὲν οὖν κεφαλὴν ταῦτα συνίσταται των ὑπαγομένων χειρουργίαις. καταγμάτων δὲ περὶ κεφαλὴν εἴδη πέντε, ῥωγμὴ, ἐγγείσωμα, ἐκπίεσμα, ἀπόχημα, καμάρωσις κατὰ δέ τινας ἓξ καὶ τριχίασις, ἢ ἐπιπόλαιος δηλονότι τῶν ὀστῶν ἐγχάραξις. ὑδροκεφάλων δὲ εἴδη τέσσαρα. τὸ μὲν μεταξὺ ἐγκεφάλου καὶ μήνιγγος. τὸ δὲ μεταξὺ μήνιγγος καὶ ὀστοῦ. τὸ δὲ μεταξὺ ὀστοῦ καὶ περικρανίου. τὸ δὲ μεταξὺ ὀστοῦ καὶ δέρματος. συνίστανται δὲ περὶ τὸ δέρμα μελικηρὶς, ἀθέρωμα, καὶ ἔξωθεν ἀλωπεκίασις. τὰς μὲν οὖν ἀλωπεκίας ἀμύσσομεν,

